* Et in proposito absolutionis fecutæ in sententia lata cum clausula rebus statibus. Not. quod talis clausula euaneat lapsi biennio, adeò quod ab solutus hac conditione, post biennium remanet penitus absolutus, & clausula, nihil amplius operatur, Couarr. var. resolut. d. lib. 2. cap. 10. nu. 2. qui per tot. illud cap. pulcherrime explicat, quando ex officio, aut per inquisitionem quis fuit processatus, & absolutus hac clausula, quia non probatum: Nam idem importare videtur dicere absoluo, quia non probatum, quantum est dicere absoluo rebus stantibus, utraque enim important conditionem, ut in 4. pat. sub nu. 278. Vnde si per desistentiam partis, re amplius non integra factam, Reus absolvitur, desistens non effugit expensas, & quando desistentia prostat, vel non vi. l. 1. 2. 3. C. de abolit. vbi in crimen læse Maiestæ, oppugnat, aut prodictionis patriæ, peculatus, & sacramentis desertis non prodest, nec quando calumnia est manifesta, nec quando querelatus passus est iam aliquid ob querelam vi. Bald. in l. quicunque, column. fin. numero 28. C. de seru. fug. vbi distinguit, & latè dixi par. 3. numero 283. &

* in quinta par. sub numero 48. & adiuerte, quod si actor fuerit a Reo reconuentus, & post d. reconventionem desistat, tamen non obstante tali desistentia, Reus adhuc insistere poterit, quod procedatur ad ulteriora quo ad suam reconventionem, secus si actor desisterit ante reconventionem, ita tenens Salycet. in l. & consequenter, columna tertia, versic. Quarto septimo, C. de sentent. & interlocutor. quia per desistentiam actoris (hoc in casu) Iurisdictio sopia est, & sic extendi non potest, pulchre Bald. d. l. quicunque, column. fin. sub numero 28. C. de seru. fugit. & ibi si post falsam accusationem, adhuc accusator conetur producere falsos testes, tandem fortius punitur, quamvis postea desistat, sed pro sola accusatione tenetur tantum ad ratam ex l. remedii.

577 Redendo ad causam supradictæ vetulæ, dixi quoque, quod coram tali Magistratu, qui vt Princeps potest iudicare, & si mulier ege-

rit ad annullandum contractum tamen petendo deinde in progressu cause pretium non dicatur periura, ex quo non iurauit in instrumento mandati ipsam voluisse ratam habere confessionem viri d. nomine, de pretio rei uxoria vendita ab ipsa recepto. quia non dedit tale mandatum d. eius viro, & requirebatur speciale ad confidendum, sed vir fatue confessus fuerat quod vxor sua partem d. pretij receperat, quod non constat, 578 & mandatum est stricti iuris, & diligenter custodi debet, maximè ad evitandum damnum mulierum, & fines mandati sunt diligenter custodiendi, l. diligenter, ff. manda, l. a procuratore, vbi * Bald. C. eo. & qui habet mandatum simpliciter ad vendendum, non potest habere fidem de pretio, l. cum vendente, vbi glo. & Barto. C. de caus. fisc. & illud ad confidendum non extenditur ne- dum per se nec pro suo principali, l. 1. §. mutuam. vbi omnes, ff. si quis in frau. patro. Barto. in l. 2. §. ultim. ff. si cert. pet. vbi Alex. & Castren. consil. 409. num. 2. vol. 1. & si procurator habuit manda tum ad confidendum ipsum pretium recepisse, ta men non extenditur ad confidendum, quod suus principalis illud receperit, multum enim differt, & quomodo quis potest confiteri habuisse pretium futurae venditionis cum pretium dicatur in esse venditioni, & sine venditione pretium non erat in rerum natura. arg. l. eius qui, §. 1. ff. si cert. pet. reperto bene quod procurator sine mandato potest renocare confessionem domini Bal. in l. er- ror. C. de iur. & fac. ignor. refect. Tiraqu. de pœn. temp. in prefat. nume. 30. & valet nisi principalis contradicat. l. ratihabito. de regul. iur. & forma mandati non seruata in non concernentibus fa- uorem publicum, vel commune bonum, actus est ipso iure nullus. l. Julianus. ff. ad exhib. l. cum hyp. §. si prætor, ff. de transact. Doc. in d. l. diligenter, ff. manda, & dict. l. a procuratore. C. eo. Vnde in ijs quæ extra mandatum fiunt, nulla ratio ha- banda est, nec principalis incurrit perturbum agé- do aduersus ea quæ procurator contra expressa in- mandato fecit, Bald. in l. fin. versi. Quarto potest ff. qui latr. de cog. Surd. consi. 27. nume. decimo, l. 12. volum. primo, & per supradicta sub nu- me. 576.

580 Caterum cum iudicium constet ex tribus per- sonis, videlicet indice, auctore, & reo, & nemo si- ne accusatore damnandus sit regulariter. Gand. in tit. quæ sit accusatio, in princ. glo. in l. 2. §. si pu- blico, in verb. sine accusatore, ff. de adul. vbi Bar. Clar. §. fi. q. 3. ver. debes autem scire, & Farinac. de inquisit. q. 1. num. 7. vbi plures tradit limita- tiones, & facit illud Euang. vbi sunt qui te accu- fant, nemio Domine: neque ego te condemnabo. Ioan. cap. 8. si nemio accusare tenetur inuitus. l. prima. C. vt nemio inuit. quodque limitatur in deputatis ad denuntiandum, malæficia pro bono publico, vt quoque explicat Seraph. in cas. 9. item nisi quis accusaret ius publicum lædere tur, dummodo per testes accusatio iustificetur. alioquin non accusans peccaret. Nauar. confess. cap. 25. nu- me. 32. at sine probacionibus in foro poli agi min- nimè potest. & iudex ergo potest cogere aliquem ad accusandum in crimen homicidiij. secundum Bart. in l. omnium. ff. de proc. vi. Doct. in l. si quis homicidiij. C. de accusat. & Angel. de malæfici. in verb. nec non ad querelam, Item fallit in hærede qui sub pœna priuationis cogitur vindicare via juris necesse defuncti, l. prima, C. de ijs quibus, vt indign. Soc. reg. 7. Sed iudex hodie potest ex offi- cio inquietare, vt seruatur, quod nedum rigorem,

sed æquitatem sapit, ne delicta remaneant im- punita. lita vulneratus. ad leg. Aquil. l. congruit. ff. de offic. præf. & sic vides quod in hac generali co- suetudine æquitas locum habet, per quam in quo cunque casu potest ex officio procedi. teste Clar. d. §. fin. q. 1. ver. sed certè. dixi in prima part. nu. 123. 128. & quod æquius est eligendum est, c. iu- rauit. 23. q. 3. melius enim erat sine accusatore in demnitate personarum, & rerum prouidere, quæ ob deficientiam accusatoris delicta remaneant im- punita pereæ quæ dixi in l. par. num. 119. & 121. & in 4. par. nu. 238. & seq. Nam sicut bono repe- ritur melius, sic æquo æquius, nu. 36. æquū enim videbatur esse quod nemo sine accusatore dam- naretur, sed æquius visum fuit quod etiam sine ac- cusatore, sed ex officio delicta non remaneant im- punita, bene verum est quod facienda est distinc- tio inter causam, & causam, sicut inter lepram, & lepram, vt dixi in 4. par. num. 54. & alibi. Sed vbi cadit dolus omnes æqualiter sunt puniendi, dolus quippe qui nemini patrocinare debet. l. pri- ma, ff. de dol. l. ex dolo, C. eo. & propterea agentes & patientes pari pœna puniuntur. cap. quanto. de senten. excommu. dixi in 4. par. nume. 165. intelli- gendo de ijs qui cooperando consentiant, secus si negligendo, vel omittendo consentiant, quia mi- tius puniendi sunt. tex. in l. placet. ubi Io. de Plat. in 3. not. de excusat. muner. lib. 10. & trad. pro no- ta Abb. in dicto cap. quando. per glo. prima, & ita Tiraq. de pœn. temperan. cauf. 44. nu. 51. vbi plu- rib. exemplis ostendit, quātum sit peius delinque- re in committendo, quām in omittendo.

582 Insurgitque ab æquitate quod in actibus de se- malis, & qui sunt de genere prohibitorum, si vo- luntas non consentit, agentes excusantur, quia sublata voluntate de medio, omnes actus huma- ni sunt in differentes, vt not. Bal. in l. fædissimam * C. deadult. Nam in ijs quæ ab animo dependent attenditur voluntas. l. non etiam. §. 1. vbi Bal. Ale- xan. & allj. ff. solut. mat. In alijs autem ab effectu voluntas judicatur. l. non codicillum, ff. de testa. tamen in fatuis, pupillis, ignaribus, ebris, dormien- tibus, iracundis supra modum a natura, vexatis a spiritibus in mundis, & alienæ potestati subiectis, ac personis auctatis, & coactis, voluntas non præ- sumitur. l. sed & si. §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi Doct. quamus coacta voluntas dicitur voluntas, & ef- fectum voluntatis operatur. l. prima, §. si metu. ff. quod met caus. tamen talis coacta voluntas de æ- quitate est excusabilis. toto tit. ff. si per vim vel a- lio mo. nisi coactatio sit affectata: nam saepè v- num in mente aliud in ore geritur, & quis fingit, vt mulieres, vim pati, quæ sibi cara est. in sum- ma attenditur exitus & non voluntas, etiam exitus acta probat. l. diuus. ad leg. Cor. de Sicar. vt in alijs personis præter nominata supra, in quibus talis præsumitur voluntas, qualis sortitur effec- tus. Bald. dictal. fædissimam. C. de adul. Quin- imo in ijs qui sunt maiores, & non ignari, præter- tum in facto proprio, in dubio attenditur factum, & non voluntas maximè quando non datur opera rei licet. l. si seruus seruum. §. si quis insulam. ff. ad leg. Aquil. l. qui saccum. ff. de fur. in facto quidem proprio ignorantia non præsumitur. l. ff. pro suo c. ab excommunicato de rescr. in 6. loc. Reg. 219. item quia in sciente, vel scire debente dolus præ- sumitur. Bal. in l. quicunque in princ. C. de ser. fug. Bar. in l. dolum. C. de dol. quod facit pro limitat. l. merito. ff. pro soc. at potest contrarium probari, nempe quod factum fuerit sine dolo aut quod aut plus deliquitum sit, quam animus dictabat, & hoc

& hoc probato pena ordinaria cessabit, & super erit locus penae extraordinariae, non tamen leui, secus in facto alieno ut de mandante dixi in 3. par. num. 178. & seq. non in proprio facto pena debet esse multo grauior quam in alieno nisi iuxta prouocationem factum sit. Sed quando datur opera rei licita tunc die ut infra. n. 588.

Hinc Diuus Ioan. Chrysostomus Homi. 25. in Epist. ad Rom. in mor. exhorta. ait, non potemus nos excusationem habiturus, si quando delictorum socios inuenierimus: nam istud supplicium magis augebit, quando quidem & serpens magis punitus est, quam mulier, quemadmodum & mulier plus quam vir. Genes. c. 3. & Iezabel maiores penas dedit, quam Achab. Vineæ raptor, ipsa quoque universum istud negocium texuerat, regique lapsus occasionem dederat, igitur & tu quoque si reliquis perditionis causa fueris grauiora patieris, quam qui per te subuersi sunt, neque enim peccare tantum in se perditionis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur, o verba vere digna oris aurei tanti Doctoris ex quibus colligitur quod magis peccat qui alium peccare facit, quam qui in se solus peccat: nam duo peccata committuntur in primo casu in se, & in aliud, sed qui solus peccat, solum peccatum facit.

586. Et quamvis voluntas sit difficultis probatoris ut sensui patet, & trad. Menoc. de arb. Cas. 116. nu. 18. tamen si constiterit de voluntate ex coniectoris, tunc æquitas vult quod magis attendatur voluntas, quam factum, animus enim & propositum distinguunt maleficia. d. l. Diuus. ff. de sicar. l. illud §. 1. ff. de iniur. l. qui iniuria. ff. de fur. pulchrè Mascal. de probat. concl. 1163. nu. 82. & 132. vbi ait quod excessus carens animo vlciscendi non rumpit pacem, nec adulterium, vel raptus puellæ quia id magis a morti, & libidini ascribi debet. vt co. esse op. testatur Mar. Mantu. consil. 169. Alex. consil. 123. vol. 2. & consil. 115. vol. 4. Bar. & alij in l. aut facta. ff. de pen. animique dissimulatione tollitur accusatio adulterij. Bal. d. l. quicunque numer. 23. C. de set. fug. & vi. in 1. par. sub nu. 272. vi. infra. nu. 691.

588. Et pro regula scias quod quando datur opera rei licita, tunc attenditur id quod prodest, & non illud quod nocet, sed quando datur opera rei illicita, tunc attenditur id quod nocet vel etiam nocere potest, cum per eum non stetit. ar. leg. 3. §. si quis palam. ff. de iur. fisc. facit Ias. in l. si mater. C. de inoff. testa.

Hinc est de teste, qui incautus aliquid depositus sine dolo excusandus est à pena falsi. c. 2. de apost. dixi in 5. part. num. 42. tamen ipse non excusat, si testis sponte venerit ad testificandum, nam dicitur suspensus. c. 2. §. in criminali. 4. qu. 3. dixi in pract. de test. par. 3. num. 72. & est valde temerarius qui se ingerit vbi non debet reg. qui facit quod non debet, & nemo consequitur premissum sua iniquitatis cum qua alterius nocuit. l. non debet de reg. iur. facit glo. cum Bar. in l. si hæreditaria. ff. de neg. gest. Car. clem. i. §. si quis de stat. monaco. verum quia temeritas culpa attribuitur, non autem dolo. l. Julianus. §. item qui furem cù glo. de act. empt. Bar. in l. si alterius. C. si minor. se major. dix. milius hunc punirem temerarium ad hoc facit. Add. ad Bertaz. consil. cri. 212. lit. a. ver. Rursus cir. si. vbi dicit æquitati consonum esse, vt huiusmodi temerarij puniantur, & temeritatem esse in illo qui inconsulte, & stulte agit & loquitur. Salom. Prover. Menoc. consil. 145. nu. 9. equidem sola temeritas est punibilis, sed mitiori pena

præsertim si præueniata debili ingenio quia tunc dicitur esse species imprudentiae secundum S. Th. 2. 2. q. 35. artic. 25. vnde facillime ab ijs reportabis malos mores, actus indiscretos verba impertinencia, suspitiones, ac temeraria judicia oriuntur, & in credendo, & loquendo nullus ferè ab hac labe in totum mundus reperitur namque multi sunt infirmi, & imbecilles & dormiunt multi quod si nos met ipso virtute iudicaremus, non utique iudicaremus Apost. ad Ro. c. 2. in excusabilis est homo omnis qui iudicat, in quo enim iudicas alterum te ipsum condemnas, eadem agis quæ iudicas, & cap. 14. dicit, alius credit se manducare omnia, is qui manducat non manducantem, non spernatur, & paulo post idem Apost. concludit quod unus quisque in suo sensu abundat, & haec inter alia de iudiciis temerarij scripsit.

* Qua de re redeundo ad testem dico quod ille qui sponte se ingerit, & temere falsum dixit, omnino puniendus erit: nam haec spontanea testificatio illum corruptum esse significat, d. c. 2. §. in criminali. 4. q. 3. Hinc Hippocr. in Aphorit. 5. facit dum dicit quod spontaneæ lassitudines morbos pronuntiat & circa propositum inuestiganda vertitatis vi. Mascal. de probat. conclus. 1163. num. 128. & seq.

589. Propositum multum consideratur in actione siue bona siue mala, & iudicatur ac occasione, & principio facti exemplum habetur de illo qui lapidem projiciendo contra canem percussit quemdam casu transcurrentem in pulsu, ex quo ictu percussus obiit, & non fuit de homicidio punitus, vt recenset Signorol. consil. 27. & vi. quæ dixi in 4. par. nu. 54. & 187. cum seq. Hic aliquid nota quod verberare canes non licet minusque licet projectare lapidem contra canem, nisi ex causa, vt quia latret, & momordit tot. tit. de in iur. nec experitum est vt prius mordeat, vel damnum, tibi in persona aut rebus det, vt in segetibus & vineis: nam potest quouis modo ejci præsertim dum vng & segetes sunt maturæ Doc. in l. prima. ff. si Quadrupes pauper. fecisti. dic. & in l. si quæcumque ad leg. Aquil. & tot. titu. si ex noxal. cauf. & ff. de noxal. act. quin est omnibus vtile tuere bona & nos à canibus. l. 1. §. 2. ff. de ijs qui deiec. vel effud. ijs causis non occurrentibus, non licet canes verbetari, nec

590 vulnerari. l. hij enim. ff. de ædil. edit. vbi Doc. quia sunt inter animalia nostra domestica, at canis non irritus si est de illis, qui ferri sunt, & mordent, non datur pro noxa, si iuxta naturalem suam ferocitatem momorderit nam parcitur vitio naturali. l. flum inum. §. vitium. ff. de dampn. infect. Bologn. de leg. iur. & æquit. c. 21. num. 14. per text. l. 1. §. & generaliter. ff. si quadrupes pauper. aduerten-591 do quod si quis contra canem se uertat dum operam rei illicitæ dat, vt quia fur, vel de nocte scalas ad fenestram vel in viridario ad furandum fructus, vel aggrediendo Dominum canis, tunc is etiam de malo contra canem patrato tenetur, seclusus si dedisset operam rei licita, & vi. quod haec quodammodo regulantur pro ut si offendere tur homo, vt in hoc propo. dixi in 4. par. num. 54. secundum op. Clar. in §. homicidium vers. dicunt, & supra nu. 300. vers. at homicidium & per Co-uart. var. resol. tit. de senten. excommun. §. 10. nu. 16. par. 2. & nu. 502.

592. Et de illo qui posuit spinam subtus caudam æqui trad. Bonacoss. tract. de æquo quest. 282. & q. 283. qui tenetur ad emendam damni, & de porco mordente æquum, a quo porcus calce occisus fuit, dicit nullam otiri actionem quæst. 284. & simili-

similiter ibi de cane mordente equum qui calcitrando porcum vicini occidit, & dicit quod Dominus tenetur ijs casibus actione de pauperie & q.285. de eo qui leniter equum palpauit calcitrusum cum manu super costis, ut blandè fieri solet & tunc equus calcitrans occidit porcum, unde qui palpando sciebat equum calcitrusum, & in ibi porcum viderit, is non caret aliquali culpa & teneat ad damnum per leg. i. §. at si equum. ff. si quadr. paup. fec. l. qui occidit ad leg. Aquil. Verū distingui oportet, an is palpans in costis equum sit maniscalcus, aut cozonus, vel famulus, qui non tenerentur cum darent operam arti suæ; nā qui facit quod ad illius artem & officium spectat, pœnam non meretur. l. culpa de reg. iur. l. Gracchus. ff. ad leg. Iul. de adult. facit l. semel. C. de re milit. lib. 12. sed adolescentis qui ab adolescentia iugum non incepit sufferre, effe catus capriciosus, & 594 scapigliatus, si canem vel equum irritat, non caret culpa, Bonacost. quest. 282. vbi de musca stimulante equum, à quo damnum datum est, quia actio noxalis, & actio de pauperie cessant, idem si lupus equum momordit, & q.287. trad. de cane lambente equum qui porcum calce occidit, & tenet Dominū equi teneri per l. fi. ff. si quadr. paup. sed miror, quia canes lambere solent, & equus provocatus fuit, & dicit Pl. 32. Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus non est intellectus, & lambere non est mordere & rex. d. l. fi. ff. si quadrup. pau. procedit eo quia mulio tenebat mulum per capistrum, & poterat præcauere, quod si non fecit impunitum est eius culpa. l. adigere in princip. vbi glo. ff. de iur. patro. vi. in 3. par. num. 177. & 180. arg. l. dolo caret. ff. de reg. iur. Secus si repente & ex improviso id euenerit vi. glo. in l. 4. §. hęc editio. in ver. sine culpa in fi. ff. naut. caupo. & ibi Bar. & Bal. in l. 1. §. fi. in verb. plerunque. C. ad le. Corn. de siccari. vbi sunt multi casus sine culpa occurrentes glo. & Bart. ac alij in l. cum ita legatur. §. species de leg. 2. facit Bursat. consil. 53. vide Bost. iij. de remiss. mer. vbi de casu im prouiso.

* Quando autē culpa videatur præcedere casum supra num. 54. Bart. in l. non exigimus. §. si non propter vbi Bal. ff. si quis caut. plura iura adducit Caroc. tract. locat. tit. de cas. & peric. & in tit. de dolo, & lata culpa. & Decia. de delict. tom. 1. libr. 1. Rubr. de culpa nisi enim culpa fuerit ad casum ordinata, qui casus euenerit non afficit culposum D. Petr. Caball. cas. crim. 79. num. 3. & scias quod in criminalibus pœnis corporalibus culpa lata non æquiparatur dolo in le. Cornelia. ff. de siccari. vbi Bar. Ang. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. dixi in 5. part. nu. 180. pulchrè D. Caball. cas. 31. nu. 12. verū si fuerit ordinata ad casum, qui cuenit, non effugiet pœnam corporalem.

* Ceterum quo ad animalia bruta si ipsa nocuerint dabuntur pro noxa, nisi Dominum emendauerit damnum tot. tit. si quadr. paup. & de Noxal. act. Bolog. de leg. iur. & æquita. num. 14. & dixi in 4. part.

595 Et de illis qui capere volebant bannitos, & domo igne ac. enso pro ingrediendo, comburerūt vnum qui non era bannitus trad. Bero. conf. 197. num. 9. vol. 3. Nam ijs & similibus casibus attenditur intentio principalis lux. l. non omnis. ff. si cer. pet. unde si in dicta domo cerio sciebant esse bannitos facinorosos, essent excusandi, stante statuto quo promittitur capi posse bannitos impunè vt paulum huiusmodi statua vigens contra hos peccatores homines: nam si alia via succurri non possit, ferro & igne ejiciendi sunt, porrò extremis

morbis, extrema remedia, at non sic de exulta, & confinatis extra prouinciam, quia non sunt disfidiati a iure, quare si quis volens capere vel occidere bannitos, credens esse in domo, in qua verè non erant, & aliquem non bannitum occiderit non erit impunis, quando quidē tenebatur prius certiorari, nimis enim credulitas ascribitur culpa Ro. consl. 423. nu. 12. & an & quando credulitas excusat trad. Gabr. co. conclus. titu. d. malef. lib. 7. concl. 8. nu. 8. vbi tenet quod temeraria credulitas excusat à dolo Angel. in l. plagij in ver. iustus vbi Doct. C. ad leg. Flau. de Plag. Soc. iunio. consl. 38. vol. 2. idem Gabr. conclus. predicta nu. 596 me. 36. vbi ait quomodo excusat ille qui fide digno creditur de quo not. in leg. Titio fundus in ver. actions. ff. de cond. & dem. & sub nu. 55. infert, quod custos carcerum qui nobilem carceratum arcte non detinuit si è carceribus fugerit, custos excusat, Ang. in l. si à bonæfidei vers. Item hic est casus. ff. de rei vendi. eo magis si Dominus ostendit se facilem ad condonandum pœnā reo carcerato, quoniam in hoc versatur prudentia iudicium, & aliorum, in ob secundādō mentē Princeps sui, hinc illud tam vulgare adaptatur, ligia l'asino doue vuole il patronne, & poi se fuge suo danno, alij aliter vulgarizant. guida il patronne doue vuole l'asino & lascialo andare. Hoc euenit quando Dominus a consiliarij stegitur in totum, & decipitur ostendunt enim velle, & iustitia suum sortiatur effectum deinde vendit saltem à seruitoribus, eorum qui edunt bladum, & equus lignum rodit ipsi incrassantur, & Dominus fit macer & gracilis, & quibus non est denegatum videre secreta & scripturas supra mensa silentiarj, aut consiliarij, qui fingunt non videre quos vident, fingunt velle, quod nolunt, & nolle, quod vellent, in ore habent verba amphybologica, & aquam ad eorum molendinum paulatim discurrere faciunt, & interim Princeps eorum vti idolum argenteum & aureum, non loquitur, nisi à Spiritu nequitia flatus insuffletur, & semper idem est de quo in psal. manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, oculos habent, & non videbunt aures habent, & non audient, os habent, & non loquentur, & non clamabunt in gutturæ suo, similes fiant illis, qui faciunt ea, & omnes simul qui credunt in eis, quod pace bonorum dictum sit verum si Dominus mandat in causa ardua & atroci æquita te Iudex non errabit, at si in causa leui iubet procedi iugosse tunc iudex iniuste se gereret, & ideo minus malum esset deserere officium.

* 597 Infertur etiam ad dictum testis, quod non viviatur si dicat certo scire, ex eo quia dici audierit a viro fide digno, Gabr. d. concl. 8. num. 58. & 65. de malef. libro 7. & infert ibi ad custodem arcis qui virum fide dignum subrogavit, & is subrogatus arcem prodidit. vt nume. 62. nam subrogans excusat secundum eum. sed hoc fortè verum si custos valde infirmus, vel alijs negotijs sui Princeps tunc detenus, & occupatus, alium in sui locum substituerit de uoluntate domini. Dec. in l. quæ propter necessitatem, num. 2. de reg. iur. & Gabr. vbi supra, ultra alios adducit. Ias. in le. si pecuniā §. sed si accepit. ff. de condi. cau. dat. Cot. in verb. nobilitas. Boer. Decis. 27. num. 9. nisi electa fuerit industria persona, quia non potest alium loco sui substituere, vt de hac re dixi, in 1. par. sub nume. 268. 269. 270. & seq. sed re vera excusatio quæ fundatur super credulitate summpore egit auxilio æquitatis, & arbitrio. Infertur quoque ad reg.

reg. quod qui per alium facit per seipsum facere videtur. leg. si per alium, ff. ne quis cum qui in ius voc. cùm simil. Nam etiam quod quis eligens cre didit fide digno tamen teneat, si postea apparet de mala electione. Menoc. de arb. q. 65. num. 10. 11. & 12. Fely. in c. Petrus. col. 2. de homic. Bal. in I. mancipia. nu. 3. C. de ser. fug. dixi, in s. part. nu. 154. Vnde qui eligit factorem exactorem, vel aliū coadūtorem ipse teneat tot. tit. de elect. l. ita autem. §. gessif. ff. de admi. tut. l. Imperat. ff. ad municipl. l. 1. C. de pet. nominator. libr. 11. & vi. de cedulitate habenda viro digno Tiraqu. de poen. temp. cap. 5. l. nu. 156. vbi pulchre loquitur.

598 Concludamus ergo sylvam hanc in hoc prædicamento & dicamus æquitatem esse aduocatam hominum bonæ, rectæque intentionis, agétiun, in foro, & extra forum, & ipsa patrocinatur illis, qui casu, & non dedita opera, sed per quandam temnuem lasciuiam aliquid in cautè commiserint, vel omisserint imprudenter, & Isa. Prophet. ad æquitatem animaduertens, ait discite bene facete, & querite iudicium, nec cupias velle fieri iudex nisi valeas irrumperet iniquitatem. S. Gregor. Homi. 3. super Ezech. & qui erga se ipsum iustus est, vix erga alios reperitur iustus, & qui contra se ipsum rigorosus est, contra alios & quæ rigorosus erit. Hic filius Dei solus in se innocentissimum rigorosus fuit, quia pro nobis pati voluit, ut misericordiam consequamur per illum, in tantum quod pro patiendo pro nobis miracula fecit, cum diuinitate caro coniuncta fuit, ut Theolog. inquit per unionem hypostaticam pariterque miracula fecit ne nos patremur, cum pati debebamus propter scelerá nostra, & propter inobedientiam parentum nostrorum, & ideo iustus iudex nulla habita acceptance personarum, ut in Evangel. Matth. c. 22. debet prius in se, deinde in suppositos probare debet rigorem, & æquitatem.

600 Aduocati vero qui iusti, & prudentes sunt, iustum ac prudens patrocinium præstant, fulgebut tanquam stellæ fundamenti, ut in c. fi. de mag. & labores manuum suarum manducabunt, & bene illis erit, & filii sicut nouelle oliuarum in circuitu mensa sua erunt, & super illos gaudebunt, alioquin de male quesitis non gaudebit tertius haeres. Verum de Excell. D. Ioanne Ventura Patricio Florentino, viro integerimo Patre D. Petri Lutis, celeber. ac tot filiorum, aduocato clarissimo, memini secundo, & Dei summetimorato, cum tota eius familia, dicere possem, ni amicitia magna suspectum me redderet. Ecce sic benedicitur homo qui timet Dominum, Psal. 127. At per contrarium male patrocinatores appellantur canes curiarum, & deuoratores ciuium, ac exhortatores pauperum, sic dicit de eis. Guil. Rouell. s. p. alleg. tract. de iust. & iniust. lib. 3. c. 4. num. 10. & in fine vel celebrum amittunt, vel pauperes moriuntur mole debitorum in grauari testantur, & infamia, & vituperium pro hæreditate in sui memoriam, relinquunt, facit Deus, ut illuminet corda omnium, & misereatur nostri.

DE PRAEDICAMENTO

Passio. 8.

602  Cito, & Passio secundum Philop. sunt correllativa ad inuicem in 6. Topic. Aristot. ait, quod in definitione vnius correliati, semper ponit debet reliqui & secundi legistas dispositum in uno correliati-

vorū, censemur dispositū in altero, l. fi. ff. de accep. l. fi. in prin. C. de indic. vidui. toll. de hoc per Fel. in. procem. Gregor. in ver. Gregorius. nu. 3. cum mult. seq. ubi declarat, limitat, & exemplificat, & 603 ibi nu. 4. dicit, quod quando correliata uniformiter se habent respectu p̄gnx, dispositum in uno correliatorum, extendit ad alterum, quoniam subest eadem ratio. Bar. in l. 1. C. de Cupress. libro 12. idem in correctorijs. per d. l. fi. C. de indic. vid. toll. vt exempli gratia esto, quod sit prohibitum vendere carnem, & tique prohibitum est emere, & alia plura dicit Fel. in isto propos. loc. cit. in dicto proem. Gregor.

604 Vnde in hoc predicamento est tanta sympat. in agere & pati, ad inuicem, quod omne agens, bene agit in patiente bene disposito. secundum Titelma. in eodem predicamento. cap. 53. & secundum Iurisconsul. in l. 1. C. de hær. institu. l. in omnibus. de a&. & ob. l. si ego. ff. si cer. pet. Sed quandoque naturaliter quis in seipso agit, & patitur, quemadmodum in sumptione cibi, & potus, & in somnijs, laboribus, & vigilijs, & in coniunctione maris, & feminæ. At maximè homo tum in corpore, tum in mente patitur, dum ob contraria sibi cruciat, quemadmodum corpus nequit 605 non condoleri, cum illi vulnus infligitur, ita animus s̄pē angitur, quoties aliquid fit deuium a iusto, & æquo, ac honesto, vt per Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquita. c. 3. nu. 27. dicant inuidi quantum serpens in corde eorum serpit, & lacerat prium se ipsum, deinde proximum, dicant vindicatiū, qui dum vindicta finem videre attendunt, angariantur, angustianturque valde timentes ne sequatur malum quod desiderant, spiritus enim tristis desiccat ossa. dicant malefici qui proprij sce 606 leris a conscientia continuè uexantur, vnde de peccato dicitur. Psal. & peccatum contra me est semper, & vermis eorum non morietur Euang. Mar. c. 13. Sed bona conscientia innocentes alacres facit, vnde a conuentu malignantium non timent, quia conscientia bona mille testes. Bolog. d. c. 3. num. 34. & 35. & conscientia sine scientia inspicienda est at scientia, sine conscientia diabolica est Bal. in l. hac lege. C. de senten. exper. recit. Rip. in rubr. de consti. nu. 55.

607 Præterea æquum est quod omnes illi qui sub aliena potestate sunt, obdiant præpositis parentibus, & dominis, ac alijs de quibus locutus sum, in prima par. sub nu. 332. vbi de superioribus, ac alijs liberum arbitrium habentibus erga alios, & istud iugum obedientia bonum est ab adolescencia sufferre, & illud pati cum timore, est pati suauiter, in patienter bene disposito. facit institu. de patt. pot. & Salom. in Proverb. & de ijs qui sunt 608 sui. vel alie. iur. Quemadmodum superiores, & omnes alijs qui iubere possunt alijs, dum iubent, & laborant circa iustitiam administrandam, & rem publicam gubernandam, patiuntur bellicos sudores, & vigilias, vt ait Imper. in proce. institu. §. 2. Quinimo est inter bruta datur agere, & pati in se & in alios, & datur superioritas, & obedientia, & quadam æquitate naturali alter alteri mouetur ad benefaciendum, institu. de iur. nat. gent. & ciuij. §. primo, quandoque hominum nores exceedingo ut de Leone, & cane multa recensent exēpla Plin. & Valer. Max.

609 Aequitas quoque circa politica, & moralia agit & patitur, quoad commune bonum in politi- cis, & quo ad proprium esse in moralibus, ut quis quis æquo libramine se perpendat primo, secundo perpendat alios tertio perpendatur. sic Bolog. d. tract.

d. tract. de l. iur. & æquit. c. 8. nu. 14. & homō pro homine, vel cōtra hominē agit & patitur, siue in personā, siue in rem siue in honorem. In iudicio vel extra iudicium naturaliter ciuiliter aut crimina liter, vel mixte iuxta tertios de quibus locutus in §. par. sub num. 282. secundum primam impreſſionem. In personam æquitas suadet, naturaliter, ut parcamus patriæ, & parentibus alteri faciamus quod ab alijs nos desideramus, & quod non faciamus alijs, quod pro nobis non vellemus, de hoc alias dictum est. Ciuiliter ne aliquem conueniamus nisi quatenus facere possit. amoto dolo eius Doct. in l. non debet. ff. de dol. mal. & in rē 610 patitur, onus tigni immittendi, stillicidia recipiendi adiūtum præstandi, & alias quam plures seruitutes de quibus supra & iniure tradita sunt multæ actiones rei vendicanda quas enarrare nō esset dare finem vnde dicimus vendicamus in rē, & condicimur in personam tot. tiui. de actio. & oblig. & de æquitate a moto antiquo rigore actio personalis & hypotecaria hodie simul cumulari possunt, vt si peto Titum cōdemnati in centū ex causa depositi, & domum mihi ex ea causa obligatam relaxari glo. in leg. nemo. §. quoties de reg. iur. Pap. in for. libell. in act. Hypot. glo. ex me 611 moratis col. 3. vers. Rursum Caualcan. Decisi. 3. nu. 20. p. 1. Nam hodie actiones in iudicio proponuntur ne detur materia disputandi & lites in longum pro trahendi an actio fuerit formiter intentata, sed sat est quod narretur taliter qualiter id quod dari, vel fieri aut relaxari perit ut cū clausula omni meliori modo, &c. id est omni meliori modo via forma, & iure, quibus melius de iure fieri potest. Pap. vbi supra in actione hypotecaria glo. ac restituere in fi. & licet solum concludatur in personali, tamen stante narratione in hypotecaria conclusio censemur facta etiam super omnibus narratis propter clausulam super quibus omnibus Ias. in §. omnium institu. de act. Caualc. d. Decisi. 3. nu. 21. p. 1.

612 Hinc est quod ad evitandum actio datur ex æquitate illi cum quo nullum negocium est. l. cū fundus. §. seruum tuum imprudens vbi Barto. & Dec. ff. si ser. pēt. exemplum est quando quis promittit se obligaturum, vel venditum, vel pecuniam creditum, quod potest cogi. vt ibi. sed Dec. ita pugnat num. 7. & declarat quod circuitus sunt evitandi in casibus a iure expressis, vel habet locum vbi circuitus sit inutilis, secū si aliqua sit utilitas Car. in Clem. auditor. 14. q. Hinc etiam dicitur datur actio ex æquitate contra aliquem ne locuplete tur cum aliena iactura. l. si quis mancipijs. §. fi. de institu. cum simil. Deci. d. §. seruum tuum imprudens nu. 6. & 7. vbi dicit hanc actionem dati in subsidium, quando alia actio sine promissione facta non sit & casus est quia Dominus agebat contra venditorem serui, & venditor habebat actionem contra bonæfidei possessorem, vt circuitus evitetur, & Bald. in dict. §. seruum tuum imprudens, colum. secunda ver. opponitur declarat quod circuitus sunt evitandi, quando quis venit mediate contra alium scilicet ex alterius persona, quia tum circuitus evitare non possunt, secū si mediate ex iure suo, & dat exemplum, quod Dominus qui ex persona procuratoris agere vellet im mediatis non admittitur sine cessione. l. postf. §. fi. de acq. pos. & hæc dixi tanquam non deuia a materia nostra æquitatis, & a natura 613 p̄dicationi actionis criminaliter quod non addamus afflictionē afflictio. l. nau. fi. ad l. Rho. de iact. dixi in 3. par. nu. 245. & seq. & ibi quod al-

teri per alterum iniquam conditionem minime inferendam esse. l. afferti. de reg. iur. cum simil. & ad hūc propos. Pet. de Vbal. trac. de duob. fratrib. 1. nu. 5. p. plures casus trad. quando factum unius 614 ex socijs in communione viuentibus, nocet alteri, idem in 8. p. q. 23. num. 24. trad. quando unus ex eis committit malaficiū, an alter socius qui non delinquit teneatur ad expensas, vel ad pœnam pecuniariam, & dicit quod non, nisi forte ex causa societatis, & pro societate id euenerit. & nu. 25. trad. de filio qui in vita patris delinquit, & passus est multas condemnations, & expensas, & dicit debere compensare, cum sua portione, vt minus habeat, de hereditate, quam alij fratres qui non deliquerunt quando succedunt ab intestato. tex. in l. & puto §. sed si dolus ff. famil. hereditatis, secū si in testamento Pater instituerit æqualiter filios, & nihil dixerit de expensis, & condemnationibus iam passis ob malaficiū filij: quoniam videtur donasse, l. procula. ff. de probat. komitudo. C. de inoff. testa. & l. fi. C. de reuoc. donat. & quia in contrarium adducit tex. in l. tres fratres ff. de pact. ipse distinguendo dicit, aut filius tempore delicti erat emancipatus, & non tenetur compensare, ut non erat, & tenetur, per rationes & in ratiōib. adducta, & vi. Caual. Decisi. 11. nu. 15. versi. & condemnations. & alleg. Fabia. de mont. in auth. nouissima. nu. 77. C. de inoff. testa. Bal. cons. 363. vol. 3. Sebastia. med. de compensat. par. 1. Bertran. cons. 203. nu. 6. & 7. vol. 3. Gabr. cons. 616 lio 109. nu. 10. & an & quando Pater teneatur pro delicto filij, & filius pro delicto patris solvere de suo peculio luculent tractat Farinac. de delict. & pēn. q. 24. per tot. Verum quia pater potest obire intestatus, cautela erit, vt filius qui delinquit & pro quo pater solvit pœnam, curet quietationem fieri a patre. Nam postea in diuisione hereditatis fratres non imputabunt tale solutionem pœnæ in portione sua.

617 Demum in causis mixtis æquitas locum habet, vt illa pars sequatur, quæ benignior est. l. benignius de re iud. & quod si quis sit absoluvis a pena principalis utique intelligatur absolutus, ab interesse partis per l. cum principalis de reg. iur. vet. si. Bertazol. Nat. Rimini. junio. & alios quos in propos. adduxi in 4. p. sub nu. 288. vbi dixi quando hoc verum sit.

618 Et quemadmodum apud dialecticos passiones suscipiunt magis atque minus non omnes, sed ille quæ habent qualitates concomitantes intentionem, & remissionem suscipientes, sic intelligentem, est mandantem teneri pro excessu mandatarij in ipso facto mandato interueniente, & factum concomitante, secū de excessu extra factum, quæ no. ad ea quæ dixi sup. nu. hoc eodem prædicamento. & in 3. p. nu. 178. & 179. & 208. & in 4. p. nu. 187.

619 Et quia subiecta materia æquitatis patitur, ut semper Deum in corde habeamus, & cum nemo apud eum præsumatur iustus ut dixi nu. & qui subiacet sub prædicamento passionis, & tentationis sciat quod hic maxima fruitur misericordia Dei, qui rigore aliquali tribulationem suos in hoc mundo castigate videtur vt in alio perpetua latitia fruatur: fidelis namque est Deus qui non sinit nos tentari supra id quod ferre possumus, ut in tentatione faciat prouentum, & si oportuit pati Christum intrare in gloriam suam, quanto magis nos pati debemus, si in gloriā alienam introire cupimus. Quia de re si quandoque hunc quasi rigorem, hanc quasi severitatē iustitiae Dei consideremus,

deremus, in doloribus, & tribulationibus nostris valde sperandum timendum ve erit, in uno aequitas, & misericordia Dei glorificatur, in alio Iustitia sua ostenditur. Qua de re requiem speramus in hac tribulatione temporali sine qua timeamus aeternam.

DE PRAEDICAMENTO

Situs IX.

620 **N**p̄dūcimento situs statra Rigoris, & equitatis locū habet, quod nos pro loco accipimus incipiendo à corpore, quod ex membris cōstat dicitur omnium viuentium: improprie vero

Brutorum, diuersorumque membra, quod libet suo officio fungitur, quorum Dux est cor tanquam in medio exercitus ab alijs membris circūdatus. sed Caput principatum tenet membrorum: Bracchia vero iusto libramine à lateribus manent, & pedes substituent pondus diei, et ęstus omniaquę quaque membra mirando ordine proprium situm habent, cum prudentissima natura ni frustra egerit. Primo namque 621 Deū capite colimus, dum detecto capite, nos inclinantes potentia Dei confitemur, & iūctis manibus ad sidera eleuatis sapientiam suam admiramus, Deinde genibus flexi Iustitiam, & misericordiam suam manifestamus, & percutiendo pectora nostra Dei immensam bonitatem recognoscimus, & quoties aliquid Boni agimus vel dicimus toties Deum Creatorē cari, & terra confitemur, à quo cuncta bona procedunt, Matt. cap. 25. inter alia Donum Dei est intelligere scripturas, Luc. cap. 24. sed quoties à peccatis vincimur toties Deum negamus ea. extinxant. 11. quæst. 3. Membra quoque à capite formentum, decorem, & formā recipiunt, quinimo hominis appellatione, & animę, immortales virtutes, & potentia est, quod intellectus, voluntas, & memoria in capite hominis sedetur seu situm habere dicuntur ac pulchritudinis diuinæ effigies, l. si quis in metallum. C. de pén. & ad efficiendum locum religiosum maioris potentiae solum est caput homini secundum leges ciuiles, quam cætera corporis membra. l. in diuersis, De relig. & semp. fu. Boer. aut. mag. cons. num. 18. & 19.

Hac statuta quasi arbores vti videntur. Nam radices in infimo loco truncum nutriunt, inde ramos ex quibus benigne producuntur, fructus, qua de re fructus arboris tui pendentes in meo de aequitate mei non sunt sed Domini fundi in quo Arbor radices egit. 5. si Titius alienam plātam. Institu. de ter. diuis. & potest me inuito per tres dies recolligere, dummodo damnum nihil non afferat. Causalca. Decis. 32. nume. 46. par. 2. & posset contra me impediente agere actione interdicti de glande legenda, & ad exhibendum, vt dicit Causalca. per tex. l. Julianus. 5. glans. ff. ad exhibēdum, & per Cäpol. ab eo alleg. de seruitut. Rust. prēd. titu. de semi. planta. colum. 2. in princ. vers. sed circa plantas. nu. 3. & alibi verum propter umbram, quam patior in meo fundo aequitas cōcedit mihi, vt possum quoque colligere fructus pendentes in meo, & etiam ramos absindere ne mihi officiat. l. 1.

arb. cedēn. l. 1. C. de interd. qui tex. vult, quod de aequitate competit cōdictio ex illa lege. l. 1. nisi fuerit pr̄scriptū ius non incidendi per 30. aut 40. annos, sciente, & paciente domino. l. 1. ff. de glan. legen. Causalca. d. Decis. 32. num. 47. par. 2. Radices autem cädere non possum propria auctoritate, sed Iudicis licentia. Cäpol. de ser. vrb. pr̄d. titu. de Arbor. num. 4. & sequen. At vicini sub vrbani granaroli ex Portam S. Thomę Genuę ante domum nostram iure fabam grecam existentem in platea publica cädere potuerunt usque ad radices ex quo arbor erat communis, & minabatur vetustate ruinam, licet platea pulchrior reddebatur. Quid si arbor aqua, vel venti impetu cum terra, ē mea ripa ceciderit super fundum tuum, ibique fructus faciat, cuius erunt à die iure accessionis erunt fundi tui. 5. si Titius, Instit. de ter. diuis. vide Mantu singulat. 237.

De fructibus autem iurisdictionibus alias dixi in 4. part. illos spectare ad dominum feudi possessorum tempore delicti commissi, & nō sententiæ vnde si sint duo fratres, qui pro diuisio possident feudum, ut puta in terra S. Nazzadij, quia unus possidet vno biennio alter alio biennio, tunc circumscriptis eorum conventionibus fructus, condemnationum pecuniarium de iure spectant ad te dominum possessorē tempore commissi delicti. secundum Bal. in l. vlt. ff. de iuri d. omnium iudi. vbi alij scrib. & pulche Tiraq. de retrac. conuentio. 5. glo. 4. num. 18. 19. vbi in emptore, & vēditore, & huiusmodi alio quin sequeretur, quod quis recolligeret, quod non seminavit, & ad hunc propofitum vide quæ dixi in 4. par. sub num. 213. vbi plura acumulaui, sed in contrarium videtur dicendū esse. Nam fiscus non acquirit aliquod ius in p̄cenis pecuniarijs nisi post sententiam condēnatoriam. l. 3. 5. idem scribit. ff. de pecul. l. eius qui, ff. de iure fisc. l. si qua pēna. ff. de verb. significa. Bar. in l. auferitur. 5. fiscus, ff. de iure fisc. idē in l. si in fraudem eod. tit. vbi ait quod ante sententiam pēna non dicitur debita iure obligationis, Bald. in l. aduersus. C. de fur. peregr. de iute fisc. ita tenet per hęc iūra, lib. 6. titu. de pign. & hypo. Boff. eod. titu. nu. 31. Negusant. de pignor. & hypot. 2. p. 4. membr. sub num. 115. ver. tamen: nec obstareret statutum si fisco ius hypothecae concederetur ad die commissi delicti, vt Senis, Floretiæ, & alibi, & prout habui in facto in Civitate Senatum, in qua Delegatus sum à Serenissimo magno Duce Etrurię domino meo in quadam causa valde gravissima; Quoniam per hoc creditores habentes expressam hypothecam etiam post delictum non excluderetur à fisco, dummodo fuerint in bona fide, & si aliter diceremus statutum esset vinculum iniquitatis contra bonum publicum, ex quo per tale statutum afferetur commercium, & talia statuta valere non debent, vt Peregr. loc. cit. & Jacob. de Aren. in l. meminisse. C. ad leg. Iul. maiest. vbi Dyn. & Angel. qui dicunt acquirētem bona fide fore tutum etiam in alienatione facta ab eo, qui crimen maiestatis commisit. sing. intraict. de crim. l. 5. maiest. in titu. de pén. q. 24. & vide Angel. & Cyn. apud Alberic. in dicta. meminisse, ne contrahentes bona fide indebita damna patientur. Crot. in cap. vt animarum. num. 10. de constit. in 6.

623 At homo præclara quadam conditione generatus à Deo supremo, vt Cic. primo, de leg. & qui

& qui rationis est particeps; ut ait idem Cic. in 3. de leg. causas rerum videt, ut in 2. de natur. hortus est ad contemplandum, & mirandum Deum rectus, & celsus constitutus est, ut Dei cognitione Calum intuens capere possit unde versus. Ovid. 4. Meth.

*Pronaq; cū spectent animalia cetera terram.
Os homini sublime dedit Calmque tueri
Iussit & erexit ad sidera tollere vultus.*

Verum cum Bruta terra circumspiciunt, & semper incuruata manent, ijs homo assimilari magis voluit peccando, quam virtuosè, & christiane viuendo.

Quæ Bruta cum ab antris, & caueris exēunt aberrantes per artia venatoribus, & laqueis subiecta sunt. §. feræ Bestiæ insti. de Rer. Divis. similiter Homo à Dæmonio illaqueatur. At si domestica Bruta sicut non erunt capientium, nisi animum redeundi habere desierint. §. Pauorum, insti. eo. idem de homine respicite: foueas autē facere in suo minus in alieno nō licere pro illis capiendis, si viatoribus incautis, & Animāibus domesticis nocere possunt, alioqui qui damnum passus agere potest interdicto, quod in publico factum est. I. si aliis. §. p. ff. quod vi aut clam. & eriā potest agere I. Aquil. I. qui foueam. ff. ad leg. Aquil. 6. gl. nu. §. Ioan. Cepol. de ser. vrb. præd. tit. de fouea. cap. 80. numero 2.

624 In Cælo empyreo Deus creavit naturam angelicam quam super Cælo miro ordine collocauit. S. Thom. Sunt autem novem Angelorum, ordines, siue tres Hierarchia, quarum qualibet ternos continent ordines: sunt ergo tres ordines superiores, tres medij, & tres inferiores, superiores sunt Seraphini Cherubini Throni: Medij Dominationes, Principatus, & Potestates: Inferiores, virtutes Archangeli, & Angelorum, quæ

625 scripta sunt à B. Dionysio de cælesti Hierarchia, li. 1. cap. 4. & ex ijs omnibus excelsior erat Lucifer. Paul. ad Ephesios, qui nō contendit de situ, & loco ac dignitate sua, postea quam creatus est, eminentiam suæ naturæ, & profunditatem scientiæ suæ, propendens in suum Creatorem superbiuit, sic ait. S. Isidorus, & dixit ascendum in aquilone, & similis ero altissimo. Isa. c. 14. at Michael Archangelus Angelorum principis videns Luciferum peccantem nimis, suis secū ac sumptis socijs dixit. Quis sicut Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in Cælo, & in terra. Ps. 113. & cum eo & sodalibus suis prælia multa commisit, ac de Cælo Empyreto eiecit Luciferum cum illi adhæretibus, virtute, & potentia Dei factum est prælium magnum in Cælo, Michael, & Angeli eius prælia habantur cum dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non prævaluerunt, neque locus inuenitus est eorum amplius in Cælo. Io. in Apoc. cap. 12. ex ijs addiscere possumus, quam iustum & equum ac vtile sit, ut quisquis maneat in vocatio

627 ne sua, sed heu miseri, nemo sua sorte cōrētus, Horat. ad Mq. enat. Deus itaq; oīum Creator 628 ineffabilis in Cælo Empyreto sedēs in Throno maiestatis suæ continuè adoratur, vbi mansiones multæ sunt. Ioan Euang. cap. 13. & 14. quas delere misericordiæ suæ pro iustis, & iustificatiſ filius Dei post huius mundi incolatum parare ait: quæque iam vsque à constitutione mundi à Deo præelectis suis parate sunt, & ibi est ve-

629 rus situs a quo anima nostra à Deo in nobis creata est, qui dum in hunc mundum peregrina mur, nunquam sistere poterimus, nisi post quā ad situm vnde exiit, ueniemus, ut de aqua que ē maris profluēs ad mare rediit: & sicuti natura lepidis est & non firmari, nisi reperto loci suo centro. vnde Apostol. satiabor cum apparuerit gloria tua, Nam impossibile est dum extra situm nostrum aberramus, quod quietam vitam ducente valeamus, & erimus sicut Avis transmis grans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum Salom. prouerb. c. 27. quod est notandum contra vxoratos concubinarios contra Iudices & alios officiales, & quoscunque alios instabiles, & volubiles, nam aliena quærens propriam perdit.

630 Sub Cælo sunt Sol Luna, & Stellæ cum planetis, omnia a sole lumen recipientia splendor. emicant: cum autem officio suo funguntur æquæ res bene se habent; alioquin si præpostarentur fit ecclipsis generantur cometæ indicantes signa, & prodigia magna. Luc. lege Cic. de Nat. de Virgil. in 1. Georg. vers.

Nec dici toties artem Cometæ, & in transitu domini nostri Iesu Christi Dyon. Areopag. magnus Astrolog. videns tam ingēnū ecclipsis contra naturam pauens & admiranter dixit. Aut Deus, aut Natura vim patitur, aut machina mū didestruitur, & tempore finalis Iudicij legitur apud Matt. Euang. ca. 24. & alios Euang. quod sol oscurabitur, & Luna non dabit lumen suū & Stellæ cadent de Cælo. & c. Esaia. c. 13. Eze-

631 ch. cap. 32. quæ de re cum extra locum & suum res exeunt, malus sortitur effectus, & ob Aeris intemperiem, & quattor temporum vide licet hyemis vetus & statis, & Autūni præpostorationem generantur, glando nix glacies, tonitrua, & tempestas.

632 Et sāpē a malignitate constellationum malorum, & immo dotum spiritum ad perniciem hominum, hæc mala ex Aere prodeunt, sed oratione 69. exorcismis, & somno Campanæ, gratia Dei annihilantur & incolumes reddimus: hinc nemo tenetur stare sub malo aere. glo. & Doct. in ca. si vero extra de iniur. Cepol. deser. vrb. præd. tit. de aere nu. 1. vbi infert, quod propter bonum aerem fundus magis estimatur. nimurum quia ibi maior numerus habitatorum. alias fundi bonitas, ut plurimum sub aere malo. ut in maritis Petrasanæ & alibi: fallit in deportatis.

633 Aues vero in Aere situm situm habent, nec refert, quod avis in Arbore nidum faciat, vel super ramis sistere solet. Nam nihilominus dicitur esse in aere, ut tenet Cepolla. de seru. Rustic. præd. tit. de aere c. 43. num. 9. de quibus supra in prædicamento vbi. At quam cito obeant pīces extra situm maris non expedit probare, et de cæteris animalibus, quæ in terra & iōper terram situm habent superius dictum est, sub terra in sepulchrī ossa hominum speculari opporte in inferioribus partibus est Purgatorium prop̄ locum inferni, ibi quæ detentas animas fidelium suffragijs potissimum vero acceptabili sacrificio altaris iuuari. Conc. Trid. sess. 15. dec. de purgat. inibique æquitas maximè reperitur.

634 in Inferno autem nulla est redemptio, nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tib. & summus rigor exercetur, piater hunc inferni locum in omnibus alijs statera rigoris, & æquitas locum habet, eo modo quo iustum diuina iustitia

justitia tu humana permittit. Vnde in nomine Iesu oē genu flectatur cælestiū terrestriū & infernum, & omnis lingua confiteatur; quia dominus Iesu est in gloria Dei patris, qui iustus iudex in terris iudicabit, in inferno condemnabit, & in cœlo electis beatitudinem dabit.

635 In Ecclesia Christiana Catholica Romana sumus Pontifex sedem Apostolicam tenet in situ Romæ, vnde Ber. lib. 2. de consideret. ad Eugen. sic ait, sacerdos magnus, Pontifex maximus Princeps Episcoporum, hæres Apostolorum, Primatus Abel. Gubernatu Noe, Patriarchatu Abram, ordine Melchisedech, dignitate Aarō, auctoritate Moïses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vocatione Christus. Illum rogantes præ omnibus quoniam ipius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, ligare loco illius qui ipsum edificauit, & nulli alij quod suū est plenum, sed ipsi soli dedit. Clem. pasto. de sen. diciturque Petrus caput mundi, & tanquam Vir carius Christi in terris, cuius ecclesiæ duo limita sunt, Petrus, & Paulus Apostoli, ad quæ cæteri Episcopi tenentur accedere iuxta mores solitū & tempus statutum a Summo Pôifice, & sunt beati duo Apostoli, due columnæ post illum lapidem angularem Iesum Christum, Matt. c. 26. de hac re etiam late tractat Raynal. con. trac. de indagat. iur. li. 3. c. vlt. n. 2. & 3. & Roma dicitur

636 communis patria. I. Roma. ff. ad munc. Doc. in l. 2. ff. de iudi. Barto. in l. sed reprobari. §. fi. de excusat. ut. quāvis Neu. de Neap. in d. lect. Bar. teneat contrarium quod imo communis patria sit sedes Imperij, Alexander in l. hæres. §. pen. de iud. sed non est inconveniens, & utraque respetuè sit communis patria, nihilominus communis opinio est quod Roma, tam noua quam vetus, sit communis patria. Bal. in rub. C. quæ euf. non poss. in c. fi. & dictus in c. meminimus de appellat. vnde quilibet potest conueniri Romæ si ibi reperiatur. Doct. in d. I. Roma, & in l. 2. §. oēs. de iud. & hoc tam ciuiliter quam personaliter nisi solutio alibi destinata fuerit, Deci. in d. c. meminimus. vbi etiam Bal. de appellat. Ang. Alex. & alij in l. qui Roma de verb. obl. In Romana Ecclesia semper Apostolica cathedra viguit principatus, & sunt verba formalia. Aug. Epist. 162.

Roma quoq; est caput religionis Christianæ, quæ mirum in modum est fauorabilis, l. 1. & per totum. C. de sum. trin. & fid. cath. vbi Bar. Fabe. & alij ad quam omnis rationalis homo oculos habere debet: nam religio & timor' Dei solus est qui custodit hominum inter se societatem, Lat. tan. de ira Dei, c. 12. & ante omnia religio. Mer. Treme. in Asclisp. vnde causa religionis est exceptuata ab omni promissione, quo quis modo faciat cuius obseruantia contra religionem tendet, in cæteris promissa sunt attendenda. l. 1. & 2. C. de pæct. sed in ijs, quæ sunt contra religionem Christianam (quia est causa Dei) & contra Deum nemini parendum Host. in sum. de maior. & ob. q. 7. & 8. & in iustis, & illicitis promissionib. non est aliqua obli. l. 2. ff. quod met. cau. & Apo sto. ad Corin. c. 1. non est mentitus non implens in quod promisit; quoniam in malis fides resedenda est. 22. q. 4. non semper. & peius est imple re illicitū promissum quam peiurare vt de Herode, & eius filia saltatrice, qui propter iuriandum infelix dedit illi caput Ioan. Bapt. in disco, qui Herodes ideo perdidit animā & regnū 13. dist. duo & sic cū iuramento aliquid promissum sit

semper hoc exceptuatur videlicet, dummodo non sit contra religionem Christianam & contra Deum: nam iuramentum non est seruandum ubi vertitur interitus animæ, c. veniēs, & c. Quintualis extr. de iur. iuran. Rayn. in sum. de iuran. siue generaliter siue specialiter quis iurauit, semper intelligitur dummodo non sit contra honorem Dei & Christianæ Religionis, vt per Alber. multa allegantem in verbo iurare, & Cano. in c. vnuquisq; q. 4. In promissis plus est illud quod subintelligitur quam quod exprimitur, c. Beatus 22. q. 2. & c. antecessor. 11. q. 3. & Summus Pontifex in suis iubileis solet reseruare saltem hos causus binos videlicet castitatis & religionis. & Ari stot. & Polit. Primum est curatio rerum diuina cum & Plin. 14. insti. ait Religione uita constat. & idem c. 18. nihil esse in rebus humanis Religioni præstantius, eamque summa vi oportere defendi. Quid pluta, etiam apud Romanos (quam uis tunc temporis Gentiles) scriptum reperitur, quod propter reverentiam eorum Religionis (licet false) nemini fauabant, & illam esse propriā statu causam asseverabant, quando de Religione agebatur quam cæteris omnibus præferebant ut habeatur in Martyrologijs. Quinimmo in potestate sacerdotum fuisse apud Romanos, omnia diuina & humana, Fest. ver. ordo.

Sed Imperatores Christiani multa tribuerunt priuilegia & immunitates, clericis intuitu, & favore ecclesiæ & Religionis Christianæ not. Bar. in l. non pluris nu. 2. C. de sac. san. eccl. qua de re non possunt villo modo auferri, quia Dei sunt Bar. & alij Doc. in l. 1. C. de sac. sanc. ecc. Etenim libertas, & immunitas ecclesiastica sunt de iure diuino, tot. tit. de imm. eccl. tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meā, cuius portæ inferi non præualebunt Luc. c. 22. & per Remig. eo. trac. c. 1. vers. secundo præsuppono, & qui uos spernit me spernit Euang. & ejicit ementes & uenientes, quia domus orationis est. Matt. 21. Luc. 19. Io. Euang... & de ea quoque per Fel. in c. nouit. de iudic. & in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. Io. de Tutr. Cremat. in c. deuotissimā. 12. q. 2. & ita Dominus & ecclesiam & personas ecclesiasticas constituit, separavitque à laicis, & secula ribus negotijs auferte, ista hinc ut in Euag. apud Io. est tex. in c. sacerdotibus 11. q. 5. c. futura 12. q. 1. & apud Plautium quis est homo tanta confidencia, qui sacerdotem, violare audet & de generatione Sacerdotij Casl. li. 10. epis. 14. Germo. lib. 2. Sozzom. lib. 1. c. 25.

* Quibus autem remedij succurrentū sit trad. Fel. in d. c. eccl. S. Matr. sub nu. 107. de cōst. Anc. consi. 155. sub nu. 7. at in quibus libertas ecclesiastica constat habes apud Lap. in pulchra alleg. 92. Pro iuenda Christiana Religione, libertate, & immunitate ecclesiastica licitum est clericis, & alijs Religiosis effectuè pugnare, & tūc illorum irregularitas est sine peccato, & licitum est tam diebus festiuis, quam alijs diebus præliari secundum Seraph. in cas. consi. 21. legitur tamē in vita S. Tho. de Cantuaria archiepiscopo zelatissimi, quod dum sedebat in sede cathedrali tēpli sui, accedētibus sacrilegis sicutis, parata defensione aduersus eos a suis presbyteris, & ianuis clausis, ne tā bonus pastor offenderetur, ipse sanctus ad suos ait, nequaquam conuenire ecclesiā Dei, ad instar arcis tueri armis, sed effusione sanguinis propter amorem Dei, & ita ipse sanctus in se statim probauit sententiam suam.

146 Verum quando excommunicationes, inter-

Nn dicta,

dicta, & prædicta remedia non sufficiant, pro virtute Reip. Christianæ Pontifices cruciatam composuerunt tanquam castra, & viri religiosi armis non verterunt terga, hostibus, & tandem quantum religio sit amplectæda, nemo est qui ignorat, & parentibus licere filios apud approbatos religiosos educari in fide, & bonis moribus, & si religiosi esse velint libenter permittant, quia seruire Deo regnare est, sed qui filias habent aduertant, ne per vim & intuitu masculorum ingredi faciant illas in monasterium causa euitandi dotationem, quia peccant. Seraphin. cas. cons. 70. Sicut peccant parentes ægreferentes filios ingredi in aliquam religionem, quoniam indignationem Dei incurunt.

637 Ecclesia ergo habet suas immunitates, contra quam nemo audeat attentare quidquam sub pena excommunicationis, & interdicti: nam videlicet Remig. de immunitate eccl. 2. præpos. est videlicet est constituta, & approbata a iure diuino, vbi in propos. multa iura, & authoritates allegat. Lap. tract. de liber. eccl. q. 11. & latè Igne. in l. 1. ad Sylla. & processit, ac præconizata de iure canonico. cap. inter alia. c. penul. & tot. titu. de immunitate eccl. & est acceptata, & comprobata à iure communis ut l. 2. & l. præsentis, ff. de ijs qui ad eccl. confug. & apud Romanos antiquitus obseruata, vt per Remig. vbi supra nu. 8. & 9.

638 Et locus ille appellabatur Asylum, qui erat in ciuitate Romæ, de quo meminit Cassa. in consuetu. Burg. fol. 56. col. 4. versic. 16. ad quem locum confugientes sine summo piaculo auelli non poterant. Quod Asylum primum Athénas, deinde Romulus Romæ constituit inter capitolium, & Palatium in Sacro Luco, quod queretur dicitur, vt per Virg. lib. 8.

639 Hinc Lucum quem Romulus Acer asylum retulit Calep. eo. verb. asylu. & ad conseruandam immunitatem ecclesiasticam rigor, & æquitas simul armantur a dextris, atque sinistris: nam quid gloria esset Christianis, si talis immunitas deluderetur? certè cicatricibus in fronte tanquam infidi signarentur: unde inter barbaras nationes digito ostenderentur, & qua immunitate infideles non gaudent, nec gaudete debent, nisi in conuertendo, c. qui sincera. 45. distinct. tex. & glo. in l. 1. C. de ijs qui ad eccl. con fug. Remig. de immunitate eccl. de Iudeo, Pagano, Hæretico, & Apostata. Fallent. 18. num. 1. & 2. Nam frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit, l. auxilium. ff. de minor. c. bonæ in princ. de elect. Remig. vbi supra. nu. 2. in fin. qui de mente Soc. iuri. ait quod hæc opinio contra infideles est magis æqua: attamen magis tolerandi sunt ritus Iudeorum, quam aliorum infidelium (licet Iudei sint peiores) quia cum Iudeis olim præfigurabatur veritas à primordio fidei, quam tenemus nos, prouenit hoc bonum, q. quasi in figura testimonium fidei nostræ, quam credimus, & ab hostibus habemus, quod in alijs infidelibus non contingit. vt dicit S. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 11. relat. à Gundisla. tract. de hæret. q. 5. in fin. Seraph. cas. cons. 65. & ij tradidores Iudei signum Sanctæ Crucis deturpantes, & alias sanctorum imagines, seuerè puniendi sunt, Anch. consi. 15. spiritualis iudex, quem alleg. Pau. Ghelan. de fortileg. versi. vndecimo permisso, nume. 19. ipse truncare facerem manus, brachia, pedes, & omne aliud membrum, quo viuntur in ijs scenis, & atrocissimis delictis. latè per Decia. de delic. lib. 5. tom. 1. tit. de Iudeis. hinc etiam dici-

tur de Christianis, qui delinquunt in ecclesia: nō non gaudent illius immunitate. tex. in c. fi. de immunitate eccl. Remig. eo. tract. fallent. 3. nu. 1. te-

641 statur hanc esse coin. opin. & Iudeus nullo æquitatis priuilegio gaudere debet, imo immunitas, olim concessa, fuit reuocata l. inscio. C. de Iudeis, sed ubiq; summo rigore tractandi sunt, Au char. Reg. q. 27. p. 2. Rol. consi. 35. nu. 18. vol. 2. Farin. de carcere. q. 28. nu. 68. in fin. Decia. de Iudeis. ca. 13. tom. 1. & de situ cymiterij, domibus Episcoporum, & alijs in propos. dixi supra 1. p. & 2. loc. mox alleg. vi. Remig. in verb. cymiterium car. mihi 45. & in verb. claustrum car. 75. & per fugiente ad corpus Christi. car. 92. & de obuante Cardinalem. car. 95. & de fugiente ad statuam Principis. car. 108. Iudei velint nolint sunt serui & schiavi Christianorum, & tollerantur, ut resipiscant, & fidem Christianam amplectantur, do nec speratur. Abb. c. sincera. 45. dist. dixi in 1. parte num. 49. sed aduertendum ne nimia familiatitas faciat iudaizare. vi. Matf. consi. 58. nu. 15. & sup. nu. 2. 16.

642 Sed postquam in materia situs, attingimus nos hic immunitatem ecclesiasticā, hic curiosè querō, an illa, qui in ecclesijs pro audiendis concionatorib. & prædictis eunt, iure valeant immittere, seu ponere, super scamnis, aut sedilib. in ecclesia, ad cōmēt vsum sitis, chirothecam, sudariolū, libriolū, chartam cum lapide, vel aliud signū, ita ut alteri non liceat ibi sedere, stante preuentione facta ab altero cū talis signi immissione, ut Genuæ & Florentia potissimum uti solet. Et circulcripta consuetudine ista valde abusua, arbitror nō posse de iure subsistere: nam, si sedilia, scamna, & ijs similia, posita sint in Ecclesia, ibi perpetuo

643 mansura, & loco sacro dedicato non sunt amplius Domini, qui ea posuerunt, vel immitti fecit: Nam Deo, & factis locis, semel dicatum, in nullius bonis est, c. ad hæc, de Relig. & domibus c. semel, de reg. iur. etenim equum non est reposcere, que iam dono dedimus, quemadmodum est Ecclesia ipsa §. nullius, & §. res sacræ insti. de rer. diu. l. sancimus. C. de sac. sanc. eccl. Qua de re nullus potest aliquo iure priuati, ut in rebus in ecclesia sitis.

644 Quoniam per huiusmodi modum factū ins. nec possessio acquiritur in ecclesia, nec in rebus Ecclesiæ d. l. sancimus, qui modus factus possidēdi est contra æquitatem naturalem inuentus, ut per Sebas. in repet. l. si is, qui pro emptore nu. 130. de usucap. & q. nō potest in ueritate iuriis effectū habere, minus perfectionem idē Sebas. nu. 153.

645 Et qui Ecclesia sedelia semel destinavit, dicitur se priuasse illorum possessione, vt dixi: & possessio semel extincta nō potest amplius integrari, nisi nouo interueniente contractu. l. Pomponius, & ibi Doct. §. Quæ situm. de acqui. poss. Sebas. d. l. si is qui pro emptore. nu. 28. & in materia fictionis vi. eundem omnino ibi sub nu. 79.

646 Præterea possessio dicitur a pedum positione, tex. & gl. & Doc. in l. possessio appellata. ff. de acquir. rer. dom. Alij loco dixerunt, possessio i. podicis positio, (quod magis proposita rei quadraret) quamvis intelligat de possessione immobiliū; ut ibi Ias. n. 2. & quod mobiliū possessio acquiratur manib. verū est quod & animo, & corpore opus est, vt ibi Ias. n. 4. & cū eo omnes scrib. Nec officit, quod per traditionē, vel retentionē clauij retineatur possessio beneficij ecclesiastici. Can. in c. fin. de cau. posses. & proprie tangit Ias. ubi sup. nume. 92. Nam aliud est; quia claves ideo data sunt,

sunt, ut quis possideat, &c. in practica seruat.

* 647 Secus, quoad solam signaturā, per quā posses-
sio beneficij non acquiritur secundū Menoc. de
adipis. poss. remed. 6. nu. 37. sat ergo est, q̄ locū
sedilium sit p̄t̄occupanū corpore, & non per
frictionem, quamvis antiquo tēpore Christiani
in Ecclesia sistendo, & non sedēdo stabant, & au-
diebant concionatores. Ex hoc apparet, quā ma-
lē sit hodie proprijs sedib, occupare Ecclesiam.

* 648 Quæ est mater tam pauperis, quam diuitiis, tā
nobilium, quam ignobilium, et omnes eque Chri-
sti fideles amplectiūt cuius caput est Christus
ipse, saluator corporis eius. Apost. Eph.c.2. c.4.
cap.5. & estis in illo repleti, qui est caput omnis
principatus, & potestatis. ad Colos. c. 2. vbi intel-
ligendum est quoque de eius Vicario; sed laici
non habent autoritatem talia in Ecclesia Dei
faciendi per p̄t̄occupatiōrem. §.2. insti. de vſu
cap. nam quę Deo dicata sunt, in nullius bonis
sunt §.sacræ, & §.sanctæ. instit. de rer. diuis.

Hinc ex hac locorum p̄t̄occupatione plures
rīxæ, & contentiones orta sunt, & vulnera, &
quandoque homicidia, solum religiosorum, &
officialium, in dignitate constitutorum est sede-
re in ecclesijs: secundum ordinem, quē descri-
bit Boer. trac. de auth. mag. consi. nu. 120. & ante
nu. 104. tra&tat, qualis esse debet Cathedra re-
gis, quam dicit debere esse quadisoriē, & dicit in
anteriori parte depingendos esse duos iuuenes,
per quos amor, & labor designantur, & in poste-
riori duas puellas, pro quibus cura, & vigilia in-
telliguntur a latere iuuenem attentum, pauca fe-
tentem, subditum significantē, ab altero vero, vi-
rum fugientis effigiem repräsentātem, quia rex
insufflatores fugere debet, & illorum verbis nō
adhibere fidem, quamvis hodie parum fide di-
gnis credatur.

* 650 Cum enim rex, aut Princeps iusflus sederit su-
per sedem, non aduersabitur sibi quicquam ma-
lignū, hāc ille. Et quia dixi, quod s̄pē oītē sunt
dissentiones, inter p̄t̄occupantes loca in ecce-
lijs, concionatoris audiēdi causa, si sanguis fiat in
ea, an ecclesia consecrata dicatur proluta, & con-
sequenter interdictam. Dic, quod sic, si per vim,
& sanguis non sit in modica quātitate aspersus.
Secundo ecclesia polluta manet, quādo in ea ca-
dit semen humanam quovis modo voluntariē
fiat, sed si in somno sequatur inter virū, & vxo-
rem, nō inter alios etiam in somno sic. ex. de eo,
qui cogn. consang. vx. s̄ue. c. fraternitatis. Tertio
ecclesia remanet polluta, quando quis in ea occi-
sus remanet violēter armis, vel veneno, vel alio
modo illicitō, quamvis sanguinem corpus non
emittat, vi in c. vel alta de cōsec. eccl. vbi Cano.
& ijs casib. ecclesiæ ingressus est interdictus, &

* qui scienter in ea celebrat fit irregularis no. in c.
is qui de sen. excom. lib. 6. & episcopus potest re-
conciliare eam, te benedicendo iuxta morem, &
scatos canones. Seraph. cas. cons. 49. & nedū ec-
clesia dicitur vno ex supradictis modis polluta,
sed poluitur etiam, vt in oppressis cōtingit. 32. q.
5. c. illæ. quę aliquando sine corporis coquinata-
tione poluta remanet, vt de eo, qui desiderat vxo-
rem alterius, aut mæchari. c. nec solo 33. q. 5. itē

* dicitur panis pollutus ab eo qui falsam doctrinā
seminat, & bonam male dispergit in populo. 49.
distin. c. si. & polluitur corpora de sepulchris, vt
meis dieb. accidit Pilis, vbi quidam canonicus
exhumauit corpus cuiusdā nobilis defuncte, vt
polueret, rem cum cadaveri ipso habēte, & cum
Dei iudicio ad iustitiæ notitiam tamen solus ve-

nerit sepulchris violatos, et corporis polutor luit
peccas, & omnis pollutio attenta sua causa, vt e-
brietas, mala conuersatio, & vana locutio, ac
pessima cogitatio est damnsa, sicut & morosa,
sive vigilando, sive dormiendo, vt 4. dist. 4. testa-
mentum, quæ non ab infirmitate, aut a superflui
tate naturæ prouenit, si mens non consentit non
est damnable, nec etiam si post factum mēs af-
fentis libenter, non in morositate, sed quia pro
valetudine, & exoneratione, ac alleuiamēto na-
turæ. De Sacramento Eucharistia li. 3. q. 75. &c
polutio, quæ incipit in somno, & terminatur in
vigilia non accidente delectatione non est pec-
catum. Tho. 4. q. distin. & ratio assignatur: nam
quantum ad rationem meriti, & de meriti iudi-
catur principium, quod habuit in dormiendo, et
non finis, qui est in vigilando, qui nam dormit
non dieitur habere voluntatem, verū quandoq;
attenderetur finis, & non principium: nam si po-
lutio causaretur à crapula in somnijs, & dum a
somno excitatur statim petito debito ab uxore
expletur libido, tunc quis non peccat, attento fi-
ne, quoniam matrimonium ad duplice finem
factum est, primo pro habenda prole, secundo
pro explenda libidine licitō modo, vt tenet om-
nes sum mistæ, hunc dixi, quod in delictis, & ca-
ptura attendit principium, si id est licitum, &
finis illicitus, vel attendit finis, si est licitus, &
principium illicitum, p. 2. nu. 30. & p. 3. nu. 162.
& 163. vbi quod æquitati magis congruit, virgo
autem virginitatem amittit, si opera, & cogitatū
rei illicitam, se polluendo etiam somnijs, non se-
cus ac si polluta fuit ab alio, sed sine consensu nō
amittitur virginitas, vt sum. con. li. 3. tit. 3. de Bi-
gam. q. 32. & in sum. Ang. in verb. pollutio. etiā
si nocte præcedente quis pollutus sit, ex illicita
causa præcedente non deber, neque celebrare,
neque assumere sacram Eucharistiā, licet in ma-
ne confiteatur ob reverentiam, nisi ex necessita-
te. S. Tho. 4. dist. c. 9. at siti non ex causa præcedē
te uitiosa pollutio oriatur, in qua nec consensus,
nec morositas acciderit, laudatur se abstinerē sal-
tem per horas 24. non tamen peccat quis cele-
brando, seque communicādo. vt pulchrè per Al-
bertum in suo Dictionar. in verb. communicare,
versi. verum pollutio, & Couar. quoque, & de
his apud Nauar. confess. cap. 3. nu. 15. cap. 18. nu-
me. 6. & 41.

* 651 Quo verò ad ciuilia æquū est, vt quis maneat
intrā suos limites uix. l. 1. de termin. mot. hinc
facta fuit lex agraria de qua supra locutus sum
nu. Nec licet ædificare in suo, vt vicino
officiat, & inter ipsum, & vicinum debitum spa-
tium relinquit. l. fin. fl. fin. reg. de hac re per Do-
cto. in l. Alteris. C. de seruit. pulchrè. Menoc. de
arbit. cas. 156. & 157. C. apol. de seru. Vrb. præd.
in tit. de Pariete. per tor. & in titu. de Macer. in
prin. ubi murum sine calce, ait, quem posse ædifi-
care prop̄ fundum vicini nullo spatio reliquo in
medio; sed iure seruitutis acquisitæ potest etiam
murum cum calce prop̄ domum vicini ædifi-
care, si ad sui utilitatem principaliter, & non ad
æmulationem vicini ædificet, vt per Menoch.
loco cit.

* 652 Dicitur autem ad æmulationem vicini fieri,
primo, quando sibi non prodest, & alteri nocet,
2. quando sibi prodest aliquatenus, sed nō est ne-
cessariū, vel fit ad bene esse, 3. si sibi plus noceret
quā prodest. et cū fit calore iracūdig. 5. quando
utilitas esset valde deformis, 6. quando locus, vel
situs non esset aptus, neq; congruus pro tali ædi-

- 653 ficio, cum vtiliori, & congruētiori modo alibi fieri posset, 7. nec caminum quis sibi de nouo potest facere, si non est necessarium, si fumus vaporetur aduersus domum vicini, quam reddit ferē inhabitabilem. De ijs, & alijs cōiecturis vi. Cāpol. de seruit. Vrb. præd. c. 29. & seq. Menoc. qui multos allegat de præsumpt. lib. 6. præl. 29. & Doc. in d. l. altius. C. de seruit. tit. general.
- 654 Hic caderet materia, an Dominus possit adificare murum altū, vel turim, fortalitiam, & hīmō ad æmulationem alterius Domini, verum quia hæc materia est tractata passim ab omnib. in d. l. altius, & Doc. in l. opera de operis. publ. Bar. in l. quæcunque. C. de fun. limit. lib. 11. Memo. cas. 156. & 157. Cāpol. d. trac. tit. de sol. seu area. nu. 7. ideo libenter telenquo.
- 655 Tandem debitor potest conueniri, vbi habet rem sitam, & ratione rei sitæ iudex illius loci dicetur competens. Rimi. iun. consi. 353. nu. 162. vol. 4. & Rim. sen. consi. 713. vol. 4. Decia. consi. 118. n. 4. & n. 20. vol. 3. Causal. Decis. 31. n. 16. p. 1.
- 656 In relictis situs spectandus est, vt dixi in prædicamento vbi, nedum respetu iurisdictionis, verum etiam ratione loci aggrauantis relictum, vt in 4 par. nu. 59. 85. 96. 125. & alibi, Decia. de delict. tom. 1. lib. 4. c. 26. nu. 4. & in 3. par. de loco priui. nu. 296. & seq. Bossi. in tit. de iniu. n. 5. & in fi.
- 657 Cōsiderandus quoque est situs corporis offensi, num in pulsū, in cerebro, in ventre, & num offensiones sint lethales: nam magis aggrauant, & nū punctū, vel cæsim, & num vulnus supra vulnus, sup. nu. 301. quem locum omnino vide, & vi. in 4. p. in addit. ad nu. 152. Dixi de illis, qui data opera, faciem ad Dei imaginem factā derupunt, cicatrixant, vel stetcorizant, contra quos rigor omnino seruandus est. 1. si quis in metallū, vbi gl. & Doc. de pñ. Bossi. tit. de homic. sub hū. 41. & 42. Foller. præc. de forma capitolorum, nu. 16. Bonacos. q. crimin. in verb. cicatrix. quæ no. pro statuto Floren. lib. 3. rub. 118. & 119. vbi de pœna studiosè percutientis manili vacuis, vel vulnerantis, & cicatricem facientis; an illud aduerbum studiosè accipiatur pro diligētia quadam adhibita ad illud faciendum, vnde Teren. Heatenentem telam studiosē ipsam offendimus; & sic data opera, & nō in pura rixa, vel cæsu, at quāto in pura rixa, & non data opera id sequeretur; tunc æquitas seruetur, & rigor cessat.
- 658 Hinc est quod ob puram rixam, si quis condonatus fuerit pro vulnere, & non pro cicatrice, sententia retractari non potest. Bar. in l. senatus, ff. de accusat. vi. in 4. part. sub nu. 284. & sub nu. 202. in addit. & nume. 199. & in præct. de test. in verb. sententia. in ciuilibus.
- 659 Sed in delictis duabus statuarijs, quæ propriè delicta non sunt, vt puta, ne quis mīngat in tali via, propè talem murum, ne quis vadat de nocte absque lumine, ne quis in plateis, vel in tali via, purtida projiciat, & talia, quæ de se nō sunt delicta, sed ob prohibitionē statuti fit de non delictum, tunc æquitas seruanda est, & rigor non quam haberet locum, nisi quis in contempnum statuti talia ficeret. vi. in hoc propos. in 4. par. nu. 459. 460. & seq. alias, quæ propter necessitatem fieri contingunt pœnā non merentur vulg. iur. & benefacit illa regula, quæ plerūq; & equiparat, aliquod f. Quum non esse, & dixerint factum, vt colligitur. in hoc propos. ex. l. 1. §. 1. verb. Cæterū. ff. de his, qui diec. vel effud. vbi qui aliquod effudit in via, quæ de recenti in vsum venit, non debet de æquitate puniri, tanquam si adhuc con-

stituta non esset, de qua reg. per Fel. in e. eam re. in 9. col. ext. de res. i. C. u. memor. in ver. vestib. ver. 2. contrarium dicitur, quando est factū aliquod bannum extraordinarium, si quis contrafaciat per supradicta.

- 660 Dixi quoque domos demoliri propter atrocitatem delicti, vt nu. 3. 18. in 4. par. quod procedit quando delictum Remp. tagit, secus si delictum sit priuatū, & ciuitates funditus destructæ, & condemnatae, vt fertur ad atratum, & ad desolationem, ob crimen rebellionis, vt per affli. super 3. feu. vt de capital. Corrad. ver. & cæterū nu. 13. 14. & 15. cat. 247. Luc. de Pen. in li. 3. C. de exc. cut. lib. 2. 2.

- 661 Et post desolationem, si ciuitas fuerit restituta, non amplius recuperat amissa priuilegia, sed appellatur noua ciuitas, vt dicunt praefacti Doctor. quia à Priuatione ad habitum non datur regressus. l. decem de verb. oblig. & quid si ecclesia fuerit destructa, an efficiatur situs profanus; magis communis est, quod non, nisi iussu Pōificis fuerit prophana Prost. in sum. de eccl. edific. in fi. Dy. in reg. semel Deo. de reg. iur. in 6. tex. glo. & Doc. in l. eden. ff. de contab. empt. Hanc. q. latè pro viraq; parte trac. Remeg. de immunit. eccl. in verb. Ecclesia destructa per totū, & quo ad reg. nostrā vi. Euerat. in eius centur. loc. 60. a priuat. ad habet. in fin. vbi adducit quodā simile.

- 662 Si ædificium fiat iuxta litus maris, litus efficitur adificantis id intelligitur quoad vsum fructū nam quoad proprietatem situs remanet Domini, cuius est mare. §. literum. inst. de ter. diuīs. & adificium cedit solo. §. cx diuerso. eo. tit. & dicit Euciar. quod destrunctio illo ædificio remanet publicus. l. in tantum. ff. de ter. diuīs. iteū disputatis est in ratione, quia hoc non fit ratione delicti, sed quia qualibet res de facilis revertitur ad primāvam naturam, vi. quæ in seq. prædicamēto dicam. §. Pauonum de ter. diuīs. & licet in litore maris licitum sit ædificare, vt ait Bal. in tub. de ter. diuī. col. 4. & l. qua de litore de acq. re. do. id verū est, dum modo vsum publicus non impeditur. l. in litore. ff. ne quid in locis pub. & quādo nemo sentit damnum. l. 2. §. acuersi. s. eo. tit.

- 663 Et cum vsum maris sit publicus, licitū est cūlibet piscari gemmas, & coralia accipere, quæ sūnt occupantes. §. item lapilli. inst. de ter. diuīs. secus est de reb. naufragatis, vel quæ & curcib. in mare ceciderunt, quia capere non licet sub pœna furti l. 1. & 2. ff. de incēd. ruin. & naufr. & in auct. naugia, vbi Doc. C. de furti. Cāpol. de seruit. tuſtic. præd. de litore maris sub nu. 3. & 4. nisi haberentur pro derelictis, quia iunc occupantis sūnt. §. ff. inst. de ter. diuīs. S. Tho. nu. 2. q. 6. ar. S. Seraph. cas. 12. reliqua videnda sunt in prædicamēto supra relato, quæ vi. & publico vsum destinata sunt Theatra, stadia, forum, curia, basilica, viae, publicæ, balnea publica, Piscinæ, aqueductus, fontes, campi publici, ut olim martius, fana, porticus, & his similia, Pascua, nemora, & ijs similia, agri ve cīiales, & nō vīcīales nr. l. 3. & tot. tit. de oper. pub. & tot. tit. de ter. diuīs. Et ut de rebus naufragatis aliqua pauca dicam, quamvis materia sit ampla & profunda, & nodosa, ut ait Veronen. de ser. tot. de fornac. & iurare. tractat. 10. opinion. 85. quos refert Carroc. de locat. titul. de incend. ruin. & naufr. scire optinet quod damnum est illius, qui in se suscepit periculum. est materia. l. in reb. ff. commoda. l. quæ fortuitis. cum materia. C. de pign. act. sed si exp̄resse nauis assecurata non fuerit, nō tenetur Dominus

DE PRAEDICAMENTO
Habitus. X.

minus natus de naufragio, quod præcauere nequirit. Soc. cons. 124. vol. 4. I. qui dicit esse magis com. op. in cons. 107. vol. 1. Alex. cons. 108. vol. 3. quoniam periculosa, & incerta est nauigatio. l. ciuitas. C. de offic. rector prouinc. Bal. cons. 395. pro domino arnaldo col. f. ideo caue. Nā asseturatio nauis in omnem casum fortuitū ultra quod de consuetudine valet Petr. sanc. de assecur. par. 3. nō facit contractum esse in licitum ut per Bal. cons. 312. nu. 2. & 2. vol. 5. quē refert & sequitur in hoc proposito dictus Pet. sancor. Lusitā. mox allegat. tract. de asseturat. expensio. nu. 6. 7. 8. & in fine par. 1. Cast. l. in naui nuphel li. ff. loc. Sal. in l. quā fortuitis. C. de pigno. actio. afflīct. decisi. 389. Rot. Genuae decisi. 25. nu. 1. vbi hanc asseturationem valere dicit.

Nauta verò officium suum diligenter facere debet, & seruare modum in nauigando tenetur, quo casu. de eo quod postea aduersa fortuna euererit non tenebitur si fecerit, quod diligens & prudens nauta fecisset. Straet. de nauta et nauib. & nauig. par. 3. nu. 4. nisi culpa præcesserit casum ita ad casum ordinata, §. item hiscui instit. quib. mod. re contrah. obl. Bar. in l. si vt certò. §. interdum. ff. commo. Panor. in cap. quia diuersitatē, col. f. de concess. præb. Petrus sanc. de asseturat. par. 4. sub nu. 37. Caro. locat. tit. de casib. & peric. n. 8. & 9. & dixi sup. nu. 55. vide Boss. tit. de plur. violent. & tit. de remiss. merced.

Qua de re qui ratione offici tenetur debet probare damnum sua culpa secutum non fuisse. Barto. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. Carroc. d. tit. nu. 10. & 11. & iud. Coines. tit. de locato & conduc. nu. 22. vsque ad finem, & nauta tenetur, nedum in nauigando, quando modum non seruavit, vt supra, sed etiam si nec vi ventorum, nec tempestate maris in vada seu scopulum virtauerit, vt per Straet. in 3. par. nu. 33. secus si vi ventorum, & tempestate impulsus fuerit idem si in nauim pyraticam incidet a qua nauilium captum fuerit dum modo nauta totum posse fecerit prout quilibet diligentior fecisse euadendi effugiendi a piratis. Strac. vbi sup. nu. 50. ad quē me tecum remitto, & ad Pet. sanc. d. tract. de asseturat. expensio. per totum.

Et quo ad emēdam damni extat am plus tractatus quem appellant il Consilato di mare, vbi hæc omnia supra dicta cū omnibus ferè occurrentibus diffusè tractantur, & de captis in mari cuius præda esse debeat ibidem habetur in cap. 273. & ipse aliqua dixi supra in 1. pat. sub num. 278. & consuetudo obseruat, vt de præda fiant tres partes vna pro scappa, seu triremi, vel naui secunda pro Capitaneo, seu duce, & nauris. Tertia pro eo sub cuius vexillo nauigatur, vtputa sub vexillo Papæ, aut Regis, vel magni Duci Etruriæ.

Homo præ cæteris est mutabilior sicut Luna, & nunquam eodem statu permanet nimurum si alter alterius officium gerere, & alterum superare præsumit sic inquietum est cor nostrum, sed accedit quod ille sua sorte non est contentus, nec intra limites suę vocationis stat, certè citò, aut tardè cadit, vt de illo ascensori, qui dū in sella sedens æquitabat feliciter ab æquo ducebatur, at non contentus saltans in cluna cognovit differētiam inter æquum verum, & æquum fictum ligneum: nam æquis aliás generosus ægrè ferens in cluna ascēsorem illum proiecit in terram, & calcitrando malè tractauit, & parum illum profuit stimulus, qua de re imputandum est ascensori, & non æquo.

Abitus apud Philos. accipitur pro quadam corporis habitu dines siue quia frequēter, vel tardè procedit, in tebus agendis, vel quia habitum in bona, aut ad malum conuertit, vnde Poeta Lyricus.

*Na tura inclina al male è viene a farsi
L'habito poi difficile a mutarsi.*

Vel quia quoddam gestus homo de more facit vtputa curuus, vel nimiū properè ambulat, vel semper in ore aliquod verbum turpè vitiosum non bene sonans habet, vt sunt de moræ maledicentes, vel quia semper eodē induit vestimento quod est laudabile, vt de Venetiis secus de Genuenisibus, qui quotidie, solent diuersos vestitus mutare, & assumunt mores, quod vestitu extenorū, & de hoc prædicamento. Titelm. in sua dialect. c. 57.

Hinc ab habitu et corporis pulchritudine animi pulchritudo indicatur & è contra a turpitudine faciei, & corporis malos mores animi peruersi quandoq; cognoscuntur. & de hoc in proposito idem in 3. p. nu. 84. & secuti. licet quo ad malam physiognomiā nō possit sumi inditiū indubitatum; quoniam esset facere iudicium astrologiae iudiciatię, quod est prohibitū, nihilominus iura se adaptant adea quā frequentius accidūt, l. nam adea. ff. de legib.

Et in brutis animalibus a quoque habitus consideratur in quadrupib. & volatilibus quę ire & redire solent, atq; uolare, & reuolare, tex. in §. pauorum insti. de rer. diuis. vbi animalia dome sticha, vel quasi propter hunc habitum nequam capientium fiunt, quamvis feræ bestię sint d. §. in fine, & inter animalia est quædam æquitas, & naturalis iustitia per quam obediunt & edunt ad saturitatem, & non vltra, & arte quam-

doque loquuntur vt de philomena Papagallo, merulo, & huiusmodi, & faciant quosdā gestus humanos, vt de scimia Cane, & similib. de quibus per Bolog. d. trac. de leg. iur. & æquit. li. 1. c. 4. nu. 26. & c. 6. nu. 8. Nimurum quia animalia ab initio creata fuerunt vt ad nutrum homini obedirent Gen. c. 1. sed post prævaricatione Adæ & Euæ ipsa animalia se rebellarunt ab hominē, hinc est quod morderet calcitrant, & fugiunt. verum Leones quandoque hominum clementiores fuerunt, & corpora sanctorum sepellierunt & in amphiteatro coram sancto martyribus genuflexi lingerunt vlcera, & osculati sunt manus & pedes coram. Daniel c. 1. ita tulit pura sanctorum innocentia, & ita permisit Deus vt cognosceretur a tyrannis quantū magna esset protectio diuina seruorum suorum fidelium.

In homine autem dixi duplicem esse habitū nempe ad bonum, vel ad malum vnde post diem transgressionē primorum parentum nostrorum, natura prona effecta est ad malum, si ergo vir bonus est, non est dubium quod secū fert æquitatem, & benevolentia aliorum cui patrocinantur, cū comitātes omnes gressus suos procul a rigore excusationem in transgressionib. oīno meretur, vt dixi in prac. test. in 5. p. nu. 319. & viro integerrimo in omnib. partibus eius nil mali adhærente potest sicuti corporis sano medicina non datur quare Hippocrates in aphorism. 20

dicebat, quæ iudicantur & iudicata sunt, integrè neque nouare aliquid sive medicamentis siue aliter irritando sed sincere, & in Euang. bene valenti non est opus medico, & qui bonus est in modico, bonus erit maiore, Luc. c. 16. & econtra, qui malus est in modico & in maiore iniquus erit ut accidit de illis delinqueret solitus contra quos facere videtur illud D. August. ex libr. 8. confess. c. 5. ibi. Nam ex voluntate peruersa sit libido, & dum seruitur libidini sit consuetudo, & dum non resistitur consuetudini sit necessitas, & sic tali catena ligatus difficile solvit. & contra quos penas augeri dixi in 3. par. sub num. 33. & 93. ideoque ad penas inconsuetas recurrentum est iuxta alium Hipp. aphor. 50. quæ ex longo tempore consueta sunt oportet ad insueta permutari, nam contraria contrariis curantur, & contrariis eadem est disciplina Glos. & Doct. in Rubr. de acquirenda possessione.

670 Sin autem homo malus sit sentiet rigorem illum ubique concomitantem quo ad forum fori, & forum poli & illius mala qualitas auger contra ipsum penam, ut in 3. par. num. 97. & in 4. par. num. 85. cum mult. seq. sed clementia & æquitate diuina malus aut ideo viuit ut corrigitur, aut ideo viuit ut per eum bonus exerceatur S. Agust. super Psal. hebdomada sanctæ fer. 4. lect. 3.

671 Hinc animum nostrum quadam naturali indole & benevolentia inductum alienis gaudijs vel cruciatibus vestiri dicimus ob causas prosperos vel aduersos, alioquin magis seruū quæ humanum esse iudicamus, vnde Terent. Chremes. cum ei fuisse a Medemo obicitum quod aliena curaret & quæ ad se nihil attinerent: respondens ille homo (inquit) sum & Cicer. dicebat nil humanum nec alienum esse puro: quod quantum iudices præ oculis habere debeat nullus est, qui hoc summopere non laudet, nil ei vendicet odium, nil amor, timorve aut cupiditas quæ est causa mali tanti.

672 Corpus vero humanum vestitur habitu corruptionis donec induat incorruptionem & mortale hoc induat immortalitatem quam nos fidèles Christi certo credimus Apost. ad Rom. c. 4. & Ephe. c. 1. postquam Christus caput noster resurrexit, & nos resurgemus: nā sicuti viua est radix, ita arbores florent, & germinant, caput viuum, membra viua, vnde certò omnes resurgent, sed non omnes immutabimur Apostolo. 1. ad Cor. & hoc opus, hic labor est, iusti enim fulgebunt, & æterniter gaudebunt, mali vero in æternum cruciabantur iusto Dei iudicio, Apost. ad Corin. c. 4. Pet. Apost. epist. 1. facit quoque Raim. Cott. trac. de indagat. iur. c. 21. n. 2.

At dum corpus in humanis regitur varijs induitur habitibus, ne dū circa ea quæ illud egriū reddūt imbecille, ac imputum, à nimio cibo, potu, & ex in ordinato modo viuendi, dum soli appetitui satisfacit, sed circa malos mores, quo fit ut quanto plus corpora non pura nutrit, tanto magis lèdes, Hippoc. Aphor. 10. & quāto plus, lenis vitiosos habitu, eo magis, cor eorum induras. ut de Pharaone legitur. sed habitus iste manus oppugnatur cōtrariaturq; circa spiritualia, & periculose ac difficile est malo habituato, spiritualia possidere, & ideo tex. in c. nemo, de pœnit. dist. dicit feto penitentibus, veniam sive penitentiam dare possumus, securitatem autē dare non possumus. Nunquid dico damnabitur:

sed non dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari: vis quod est incertum evadere? age penitentiā dum sanus es, quia penitentiam egisti et tempore quo peccare potuisti. Si vero vis agere penitentiam, quando iam peccare nō potes, peccata te demiserunt, non tu illa. Hæc S. Aug. super c. 2. distin. 7. de pœnit. relata ab Auffret. Capell. Tolos. Decis. 296. ibique Add. & memo rare de binis vers. circa moralia, quæ retuli in princ. huius prædicamenti, & ne egrediamur in iure nostro quid de penitentia dicitur, scias quod penitentia publica, quæ ex dispositione iuris fieri debet, non potest communari in priuatam ut not. Anto. in c. 1. de pœnit. & remiss. & per Cano. in c. accusati in fi. de accusat. nisi ex causa id fiat, qua de re summus Pontifex potest iubere ut penitentia, quæ alias publicè fienda erat, quod fiat priuatim. At quod sacerdos qui confitenti penitentiam iniunxit, an ex post facto possit illam mutare, cū iam functus sit officio suo, me remitto determinationi Sanctæ Matris Ecclesiæ hæc glo. videatur tenere quod sic in c. quod super, in verb. petens de vot. quam Panor. videatur sequi, & adducit text. in c. presbyter. 72. dist. sed contra eam tenet Tiraq. de pœn. temp. caus. 1. num. 28.

673 Et cum variae sint hominum conditiones, idèo equitas suadet, ne pauper & vilis induat servico, ut diues & nobilis. I. sed si quis. §. suffic. ff. de vñfr. no. gl. in c. quia nonnulli. de cler. non resi. Boer. de aut. mag. conf. nii. 29. & ibi addentes c. vbi officiales assistentes a latere Principis ipsi soli vti possunt vestibus auratis. I. 1. C. de vesti. Olde. libr. 11. sic Florentia prætor ueste aurea vñtit & in hoc proposito Bart. in le. vñica. C. de honorator. vehicularijs lib. 11. dicit cōfessum esse uiris in dignitate constitutis vti Carrucis per urbem si velint & ex hoc in argumentū ait quod Doctores non coguntur semper gestare insignia docto ratus, nihilominus attendunt cōsuetudo loci: nam alias dixi quod in moralibus attenditur mos loci & religionis I. semper de reg. iur. vnde dicitur cum fueris Romæ Romano viuito more: hinc quis stant in domibus Principum moribus vestiuntur ut in Euan gel. Matt. c. 11. at a communiter accidentibus Doctores viuntur vestibus talariibus, ut per Specul. in tit. de aduoc. §. 2. in princ. & in processiōibus & in auditorijs & coram magistratibus Doctores debent comparere cum uesti. (vt fertur) nuptiali; vnde merito fuit reprehensus quidam Doctor cum pater meus a clarissimis Senatoribus Florentia ex quo comparuit in illo Clarissimo magistratu absque ueste quam ciuile appellant fortasse sub nomine prætextæ apud Romanos & re vera est deplorandus abusus: nā olim & ciues & tali dum electi erant ad aliquæ magistratum solebant indui tali ueste ciuili & dum vigebat magistratus diu per urbem Florentia ita induiti incedebant, & ibant: hodie vero quasi pudent vix induunt ciuili dum sedent in audiencia magistratus & indignantur ferre illa uestem quæ dignitatem representat, & ad huc propositum carmina ista recenset. Bonifac. tracta. de fut. §. est sub nu. 53.

Vir bene uestitus, pro uestibus esse peritus;
Creditur a mille, quamvis idiota sit ille.

Si caret ueste, nec sit uestitus honeste,
Nullius est laudis, quamvis sciatur omne quod audire.

Cre-

Crepidasque portare solebant, sed ne eorum vestigia in puluere, aut niue impressa cognoscatur hodie ferunt zocchilos quos omnes alij portat. vnde de Cacco legitur.

Et gradiens immo uertit vestigia cauda.

674 Et rigor veteris, & punit illum qui cum sit priuatus induit se vestibus personæ publicæ, si fraudandi animo non ioco, sed in contemptum id faciat. 8. q. 4. c. nonne. & in 5. pat. nu. 79. c. 63. & per Bal. in l. nō dubium, nu. 18. de leg. est verū facta a seruo gerente togam, & officium prætoris valent quandiu in officio tolleratur. l. Barba. de offic. præto. & sententia tenet (quamuis in servitatem reincidat). l. 2. ff. de sent. & interloc. quæ lex est canonizata in 3. qu. 6. §. verò. testatur in propos. Lap. alleg. 89. nu. 12. c. 13.

675 Et laicus excusatur ab excommunicatione, si in capiendo percutiat clericum incedentem in habitu laicali: nam talis quisquam presumitur qualis est habitus inuentus cuius induitur, ea. si iudex laicus. de sent. excom. in 6. Bal. in l. direct. C. de manu. testa. Alex. in l. item. §. si quis de iniur. Euerat. in sua centu. in loc. a verisimili, et vestis mutata a clero iniuriam contra eum imponem facit quo ad clericatum. glo. in l. si ignoras. in verbo conte mnit. ff. locat. l. ite apud vbi Bar. §. si quis virginem, de iniurijs. Spe. eo. tit. in prin cipio, & qui alienis induitur vestibus citè spoliatur. Hebræi verò qui signum Hebreorum publicè non portant cum rigore puniendi sunt tamquam fraudatores per tex. in c. nōnulli. de Iude. Paul. Ghir. de pen. omnifar. coitus, nu. 11. versi. 12. quarto. Decia. de delict. tom. 1. li. 5. c. 12. nu. 16. & ibi quoque de Apostatis multa scripsit.

676 Different tamen ornamenta ab indumentis corporis, quoniam appellatione ornamētorum continentur sceptra, corona regalis, Torques, annuli, Monilia, & quæ ad Episcopum pertinent ut mitræ pastoralis palliū, & alia multa de quibus in ceremoniali Pontificibus. At ornamenta animæ sunt virtutes Theologicae, & Cardinales omnibus nota, ut fides, spes, charitas, iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia, sed omniū humanae virtutum excelsior est sanctitas virtus quæ.

* Aristo. vocat Heroicam virtutem, cui proxima est deuotio erga Deū, & veneratio, ac sanctoru memoria, & vt recenset Gregor. Vall. Piacen. de reb. experien. & fug. lib. 41. c. 1. multæ sunt virtutes quæ bonos quoque mores ornant, prout religio, quæ diuinæ naturæ cultum, & ceremonias offit, & cætera de religione supra dicta sunt sub nu. 636. Item pietas per quam sanguine coniunctis, pattiæque benevolis, à principibus officiū, ac debitis tribuitur cultus, tertio gratia in qua amicitia rum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur, quanto obseruantia per quam homines antecedentes, & claros cultu aliquo, & honore dignatur, quanto veritas per quam immurata ea quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura dicuntur. sexto modestia seu, ut vulgo dicitur, discretio, per quam pudor honestus claram, & stabilem comparat autoritatē, quæ grata omnibus se præbet. Septimo magnanimitas ob quam felicitatem, & infelicitatem, honorem, & dedecus, commoda, & incommoda, animus accommodatus æquè ferrè potest, omnia tribuit fortunæ, de qua siue prospera, siue aduersa, non condolet, sed leuiter fert, qui fert libenter. Octauo magnificentia, quæ est terū magnarum, & excelsum cum animi ampla quædam, & splendida propositione agitatio, atq; exu

berans administratio. Nono patientia, quæ est honestatis causa rerum arduarum, ac difficulti voluntaria, ac diuinita perseverio. Decimo probitas, quæ est prudens Bonitas mentis, & motus mensura. Undecimo mansuetudo, quæ est verborum suavitatis, lenitatem mentis ostendit, morumque facilitas adhærens voluntati aliorū in bono, nequaquam in malo. Duodecimo humanitas quæ est animi iuuandi, & compatiendi erga omnes. Decimotertio humilitas, quæ est animi (vbi expedit) honestum que sit, verbis, & actionibus se præbere mitem, & obedientem. Decimoquarto tranquillitas, quæ est animi quies. Decimoquinto liberalitas, quæ est delectatio propria impendendi, donandi, & elargiendi, vbi laus, et decor postulant, vbi beneficium sit recipienti, & auxiliatur vbi expedit. Decimosexto munificencia, quæ se æquè gratum præbere sciuit. Decimo septimo beneficentia, quæ est remuneratrix, vt benefacientibus bene faciamus memores gratitudinis. Decimo octavo gravitas, quæ est morum, & verborum, ac gestorum perspersio. Decimono vtercundia, quæ est vittus innata odēdi in se, & in alijs mala. Vigesimo urbanitas, quæ est lepor. vultu, gestu, et verbis, ac facete incescendū. Vigesimo primo continentia, quæ turpibus animi sele non immergit. Vigesimo secundo clemētia, quæ est virtus qua animi ad iram accensi comitate retinentur, clementia est mediocriores reprehensiones, & mediocria tollerare cōuitia, & resplendens in tenebrosis, & nō in claris, nec confestim ad vlcisēdum prouere, nec in iram euostigio irritati, nec ob ingratitudinem vitari. Vigesimo tertio pudor est abhorre, quod nō decet. Vigesimo quarto castitas, quæ ab omni libidine aliena est mēte, & corpore. Vigesimo quinto pudicitia, est per quam ab omni illicita, et turpi venere mens libera est. Vigesimo sexto honestas, quæ est habitus mentis per quem ad virtutē capescendam religioso amore animi promovetur. Vigesimo septimo moderatio est auriga appetitus. Vigesimo octavo taciturnitas est virtus nunquam satis laudata. Vigesimono nono puritas mentis innocentia est, quæ nullo animi vitio aligatur, & est soror sinceritatis, quæ non patitur viriosos, & est valde zelās crediti sui. Trigesimo bonitas tandem est habitus quo nil mali fit, nec dicitur, aut cogitatur, sed alterationem patitur à malis exemplis, ijs omnibus virtutibus contrariari paupertas videtur, vnde vers.

Non è virtù, che pouerà non guasti.
Sed magis aut minus suscipitur qualis, qualis alteratio. vnde Salamo. valde de diuitijs, & paupertate timens rogabat, nec diuitias, nec paupertatem des mihi, sed tantum necessaria victu & vestitu tribuas mihi.

680 At prædictatum virtutum singula suum contrarium habent, quas non expedit recensere, ne putitas, atque probitas & integritas, malū quod ignorant, non audiant, neque discant, neve turpis incaute immisceantur, si quis autem curiosus sit, recurrit ad Georg. Vall. loc. reci. vbi de Politia tractatque ad Remp. benē gubernandū, quæ ad economiam ad domum, & familiam recte educandam, quæ ad Ethicam scilicet ad regendos nos ipsos attinent, sed Paul. Apostol. nos meliorem Philosophiam edocet, videlicet sobrietatem erga nos, iustitiam erga proximum, & quod primum est, pietatem, & obsequi erga Deum.

681 Modo in hoc prædicamento dici solet, quod habitus

habitus monachum non facit ut in auth. de Mo
nac. §. 1. clem. 1. de stat. monac. & not. Abb. in
c. porrectum nu. 1. & 4. de Reg. & transact. ad
relig. vbi ait quod professio, & non habitus fa
cit monachum, vnde habitus non dicitur esse
de substantialibus monachatus, sed de acciden
talibus, & de hoc plura scripsi. p. 1. sub nu. 90. &
per modum differentia habitus inter Religio
sum, & laicum, inter bonos, & malos, ac inter
matronas pudicas, & meretrices Laidas, &
secundam vnius cuiusque conditionem. le. item
apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur.
Jacob. de Beluis. in sua prac. Rubr. de iniur. nu.
17. & hac de causa statuta sunt contra rum
pentes habitum clericorum in contemptum quia exco
municantur, quanto magis tangendo violenter
personam cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4.
Clar. §. ff. q. 77. vers. percutiens, & scias quod si
quis virginem indutam ueste meretricali vio
lauerit, non potest accusari dicitur apud Labeonem.
§. si quis virginem de iniur. Felyn. cōl. 15. nu. 3.

682 Habitum clericalis operatur ut dum queritur
an capi possit, in dubio capi non debet, si habi
tum ferrat clericalem, & tonsuram, Clar. q. 36.
vers. dixi Soc. Senio. consi. 122. nu. 3. vol. 1. vbi
habitum facit presumere quem esse, qualis est ha
bitus, c. si vero il. 2. nu. 3. & 6. de sentent. excom.
ibi Abb. Qui vero habitum dimittit, perdit pri
uilegia, & quia quotidiana est haec materia, vi
inf. sub nu. 691. cit. ff.

683 Scias quod quinque requiruntur ad effectu
evitandi excommunicationem. Primo quod
clericus ut laicus incedat in habitu merito laica
li. Secundo quod ingerat se enormibus. Tertio
quod aliquadiu perseverauerit in ijs laicalibus.
Quarto quod in habitu laicali deprehendatur.
Quintu quod fuerit monitus, & quod post mo
nitum fuerit incorrigibilis de ijs per Decia
tract. delict. tom. primo libro quinto de Apo
stat. capit. 73. nume. 22. Tamen clericus infa
ctus de causa habitum dimittens ex aequitate excu
fatur, vt quando per loca periculosa transire fu
giendo e manibus haereticorum incognitus, vel
ad alium bonum finem, vt per Decia. vbi sup. c.
75. nu. 3 & si clericus habitum post delictu real
sumat, priuilegium recuperat, clericatus, vt per
Mars. sing. 48. nu. 2. vi. Cæpol. caut. 2. num. 8. &c
Ferrat. caut. 23. & idem in clericis coniugato re
net Clar. qui com. op. dicit in §. ff. q. 36. vers. sed
hic quero vbi plura alleg. vbi cessante fraude id

* verum assertit vi. in 1. par. nu. 80. & ad iudican
dum an clericus incedat in habitu & tonsura
attendit mos & vestitus illius regionis, idem
Clar. d. q. 36. ver. Dixi clericum vbi per tot. illa
q. tractat apprima de habitu clericali, & dicit,
quod & si secundum magis co. op. cognitio an
aliquis sit clericus vel ne pertineat ad iudicem
ecclesiasticum nihilominus si dubitetur super
habitum, an habitus sit clericalis vel ne, haec co
gnitio spectat ad iudicem laicum alleg. ita iudi
catum teste Guid. Pap. Decis. 138. & consi. 110.
nu. 2. faciunt quæ supra dixi in 1. part. sub nu. 90.
& serua Concil. Trid. sess. 23. c. 6. quod allegat
D. Menoc. lib. 6. præsum. 76. sub nu. 38. & vi. in
propof. quæ dixi in 2. par. nu. 125.

684 Et nota quod uestes sacre, vel religiosæ, quæ
uis consumptæ, non decet ad usum prophanum
conuertere, sicut nephæs est mulierum uestes, vel
virorum uestimenta conuerti in uestes sacras post
quam seruerunt usui humano, Abb. in cap. ad
haec nu. 4. & §. de Relig. domib. Hinc quam mi

nus laudabile faciant qui tabernacula seu Balda
chinum super Altari vel in processionibus por
tandum, faciunt vestibus, vel alijs vestimenti
us propenso, & prophanatis, ad quod videtur
Remig. de immo. Distinct. 2. & Dyn. in cap. se
mel Deo dicatum de reg. iur. in 6. & qui in hoc
propos. dixi in Prædicamento situs.

* Sed quid de habitu peregrinorum, dieo quod
habitum istæ gaudere facit priuilegio hospitalita
tis, vt cauetur in operibus misericordia, at illi
qui sine sacculo, è pera incedunt, non gaudet pe
regrinorum priuilegio. Bar. in auth. omnes C.
commu. de success. lic Jacob. de Canis sentit in
suo tract. de repræsal. sub nu. 44. vers. fallit vige
simonono, secus in clericis, qui & si non ince
dant in habitu, & tonsura, nihilominus non per
dunt priuilegium fori, ecclesiastici docto quod
sunt clericis. c. perpendimus cum alijs simil. ex
tra de sent. excom. quia consideratur carecter
ordinum infixus in anima, & ideo bene ad ver
tant iudices laici quoniam haec ratio ponit fal
sem ad radices laici enim non possunt habere iu
risdictionem in animo sed Pontifex & ceteri
ecclesiastici habentes auctoritate à summo Po
nifice, & iudex spiritualis & ecclesiasticus ec
clesiasticorum est iudex competens, & vt alias
dixi ratione adiuncti maius dignum trahit ad
se minus dignum vt nu. 234. par. 1. & sic non re
fert quod circa corpus & non circa animam di
catur procedi a laicis cōtra clericos quia propter
unionū charetērum in anima, & corpore exi
stentium laici non sunt iudices competentes, &
disputare de hoc inter Christianos est res deuia
a fide & bonis moribus Christianorum est tex
in c. solite de maior. & obe. c. nos 2. q. 7. S. Tho
2. 2. q. 99. nu. 3. cum infinitis locis non negatur
tamen quin clerici capi non possint a laicis in
illis casibus de quibus dixi nu. 94. par. 1. nu. 125.
130. 131. part. 2. nam ibi si amittunt priuilegiū
fori, tamen amittunt priuilegium. c. si quis sua
dente diabolo 17. q. 4. Mars. sing. 383. Ceterum
quo ad peregrinos portantes faculum è peras
hosptium ei denegari non potest. Bal. in auth.
omnes C. commu. de success. & sunt de foro ec
clesiastico, Spec. in tit. de compet. iudic. addit. §.
1. nu. 38. quo ad res quod contractos, & quo ad
iniurias Innoc. in c. signi. de offic. delegati & ex
pedit habere fidem authenticam quod vere sint
peregrini quando quidem multi mali peregrini
ficto modo qui vagantur non propter devo
tionem vel vt furentur vel tanquam scortatores
vel propter lasciviam peregrinantur vt de illo
prodigo de quo apud Luc. c. 15. legitur qui pere
gre profectus est in regionem longinquam dis
sipauitque substatiā suam viuendo luxuriosè
& similes magis vagabundi quam peregrini ap
pellari debent de quibus vagabundis iam locu
tus sum supra par. 3. nu. 97. & puletrè Bonifac.
de fur. §. est nu. 56. in fine qui nullo priuilegio
gaudent sed ubique detineri & puniri possunt
afflict. in tunc quæ sint regal. & etiam dixi dicta
par. 3. sub nu. 135. facit tot. tit. C. de medic. val.
& quandoque vi dixi sunt exploratores a quib.
cauendum est quoniam triu dicitur adagio ha
bitus monachum non facit.

685 Præterea habitus modestus animi et corporis
venustatem ostendit & qualitas vestium arguit
excellentiam l. sed & si quid §. suffic. ff. de vñfr.
vnde qui in processionibus præire uolunt ueste
dignitati congrua habere debet, vt inquit Boer.
tract. de aut. magni. consil. sub nu. 29. c. 42. & fa
cit

cit illud biantis proverbiū. Magistratus Vitam ostendit. & ioga & prætesta ostendunt Magistra tum sicut Florentia de veste quæ appellata ciuili & vulgari sermone in Luc. de quo iam dixi est caueat qui in principio lupi in medio vulpes in calce oves se ostendunt Bolog. tract. de leg. iure & æquit. c. 9. in fine & quantum optimo iudicio fiant contra tales abus pragmatice ad reprimendum huius lusus tam immensas [expensas circa modum qualitatem, & ornementum vestitus noscere potest at si non detur opera ut obseruentur pragmaticæ res quidem pernitosæ. est melius enim esse relaxare habendas quam chamo debili & freno fragili indomitū retinere æquū quoniam pro mulierib. illud facit dictum. Nitimur in uentum & leges non debent esse ludibrio nec per quemquam irrideri le. si prætor de iudic. §. 1. & ibi glo. in auth. de æqual. dot. & pro hoc factus est tit. de censor.

686 In hoc proposito habitus testator legatus ore vñfructuariam donec in habitu viduæ steterit quæto quid importet hoc legatum hæc est materia leg. vlt. C. de indic. vi. tollen. vbi omnes doctores & Bal. in l. decreto. nu. 1. C. ex quib. caus. infam. in reg. videtur velle quod vidua non dicitur ex actis exterioribus lugendo maritum, & vestes lugubres & nigra ferendo, nec viduitas cōsistit propriæ in lachrimis nec in habitu sed in cōtinentia. nam vt inquit Paul. 2. ad Corint. cap. 7. quod si se non continere nubat, melius est enim nubere, quam viri, & cui vult nubat tantum in Domino. Beator autem erit si sic permanferit secundum meum cōsilium, & non per hoc debet staræ gaudens, & in delitijs, namque verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus, nocte ac die: nam quæ in delitijs est, viuens mortua est, Paul. 1. Timot. c. 5. & quod illa vidua non dicitur seruare uitam vidualem quæ habitum nigrum non gerit dicit Alex. in l. mulieres §. cum proponeretur nu. 12. ad Trebel. & ita communis vñs se habet, ut per Illust. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. titu. 19. nu. 26. vbi dicit credare Alex. scriptoris uitio esse corruptum sed opinor quod vidua si non lugerit, per hoc non careat legato vñfructus, quia & si annus primus mortis viri appetetur annus luctus, tamen lugere, & non lugere est res a natura proueniens satis est lugere corde est bene verum quod si infra annum luctus nubar, tenetur destricto iure restituere vestes lugubres, & alias quas à viro habuit hæredibus B. l. in consil. 478. vol. 5. Campag. de dot. in 2. par. q. 56. qui licet de vestibus præciosis loquatur, tamen etiā de alijs dicendum est secundum Didac. var. resol. 2. par. cap. 3. num. 10 nisi esset vidua iuuenis & pulchra, nam ad euadendum pericula optimæ consuleretur ei si nuberet, & non deberet cogi restituere, nisi vestes duntaxat præciosas, ita suadente æquitate. Modò si vir ei legauit vñsumfructum & iniunxit vt vestes lugubres ferrat, & nolit certe legatum perdit. l. sc̄minæ & l. hac editali. C. de secun. nupt. & vi. Cau. lca. Decis. 1. nu. 62. & De cīl. 46. par. 3. si autem non ferat, vestes lugubres signum indicat nubendi, vel delitijs fruendi Philip. Ethic. lib. 7. & senis placet quod viduarū due sint conditione aliquæ veste & super veste lugubri tegunt etiam totum caput, alia non, & hoc vt sciant homines, quia adhuc nubere cupiat, sed nunquam licuit mulieribus hab' tum virilem in dui. S. Thom. 2. 2. q. 169. & prohibetur Deutero. cap. 22. nisi vt supra de religiosis dictum est, per

accidens id fiat ex aliqua urgenti necessitate pro aliquo bono, vnde ille quæ in carnipriuio, & cho reis, incedunt in habitu virili signum in honestatis ostendunt, est enim abusus quo meretrices malo suo facto vtuntur, vi. infra sub nu. seq. vers. reliqua.

* 688 Et aduerte quod conditio apposita mulieri ne nubat non videtur reiecta (tanquam cōditio contra bonos mores) in muliere quæ iam semel nupta fuit secus in ea quæ adhuc innupta nō fuit Emanuel. à Cost. in repet. §. si arbitratu. limit. vlt. Soarez. recept. senten. in verb. nuptiæ Crass. de vlt. volunt. §. legatum. q. 50. nu. 4.

* Et si legata fuerit habitatio vxori suæ à viro, donec vidua steterit in domo ipsius, & nihil de alimentis dixerit, tamen tacite illa quoq; simul cum habitatione relicta esse intelliguntur. l. sed si hoc in fi. ff. de condit. & demon. Bald. in l. vlt. col. penult. C. de indic. vid. toll. Cremens. sing. 65. Crott. memor. in verb. habitatione vbi cōtra Alex. tenet, in consil. 72. vñlo processu lib. 5. & cū eo Bolog. consil. 48. & contra d. Alex. consil. tenet quoque Illustr. Mantic. de coniect. vlt. volunt. li. 6. tit. 11. nu. 19. & hæc opin. est magis equa quod verum si vxor non habet tantum, quantum sufficere possit ad vescendum, & ad alia alimento, iuxta conditionem eius personæ, & vir finem habuerit relinquendi habitationem, propter necessitatem, tunc etiam alimēta debenur, ut per supradictos Doc. inter quos hoc in casu non discep pat Alex.

* Reliqua verò in materia vestitus & ornatus uideri possunt in sum. Ang. in uer. ornatus, & tandem æquum est quod uestes mulierum sine mulibres, & uestimenta uitorum, uirilia, laicorum laicalia, & clericorum clericale, unde mulier incedens, in habitu meretriciali perdit legatum si est uidua, si nupta perdit pudorem & punitur si uirgo in monasterium retruditur, quinimo circumscriptis statutis mulieres possunt in habitu meretricium repente impune offendit, secundū gl. in l. si ignorans. ff. locat. l. item apud Labeonē §. si quis uirginem. ff. de iniur. uerum tamen caue in ciuitate Florentiæ quia fortasse nomen huius mulieris descriptum reperietur apud officium, quod appellatur honestatis, super causis harum disonestatum mulierum nam sunt tuæ.

* Præterea mulieres quæ fuscis uitūt rubeo, & aquis stillantibus, im pudicitię signū ostenderent secundum Terent. dum moliuntur, dum comun tur annus est, contra quas inuehit S. Cyprian. in lib. de habitu virginum, & ait quod manus Deo inferunt quando illud quod ille formauit reformatre contendunt & S. Th. 2. 2. q. 16. ar. 2. & certè nisi communis abusus esset iste mulierum fere omnium, non excusarentur, vt Genuæ ubi ut ipse appareant semel vna die pulchriè, cæteris die bus hebdomadæ non curant uideri turpes cum illis suis pastis, & impastis, quāvis hodie mos iste apud nobiles recesserit ab aula, & memini audiuisse in partibus Lombardiae quod mulieres quæ nimium fuscis utuntur, & aqua solimati faciem lavant, ac ornamenti superfluis in uia se ostendunt, sicut tanquam apothecæ aperié in quibus ingredi transeuntes inuitant ad emendum merces sua apothecæ, secus est de alijs mulieribus quæ ut uiro suo placeat id faciunt, at quæ est hæc, & laudabimus eam ut stet in ijs puris terminis, res quidem periculosa est.

* At quo ad pulchritudinem capillorum, sicut est naturale ornementum in mulieribus & gloria. 2.

ria.2. Cor.cap. 11. quoniam capilli pro velamine dati sunt quibus S. Magdalena pedes Domini tergebat, mox corpus suum, ut cognovit ignoraminam peccati Luc.c.7. Paul. Timo.c.2. ita ecclita valde ignominiosum, aiunt esse viris ut capillis longis, & in tantum quod digito ostendi possunt, sicut de meritribus dictum est, & Mediolani est expressa prohibitio rondendi capillos viris ut alias dixi sed ubi de more regionis equaliter solent ab omnibus viris capilli ferre oblongi, consuetudo & mos excusat, & quo ad mulieres S. Paul. ait quod mulieres ornantes se non in tortis erinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pie-tatem per opera bona, & de illis tandem ait. Fal-lax gratia, & vana est pulchritudo mulierum. Deum ipsa laudabitur, & de hoc per Seraph. cas. confc.26.

689. Quo verbo ad habitum si conuertere velimus, nomen in verbum, aequitas suadet, nobis non licere alienum habere, nec possidere, inuitu domino, & iniuste, nec nostrum sine facto nostro ab aliis haberi nec possideri sunt de hoc reg. vulg. Habemusque ius in spe, aut in potentia, in actu & effectu, quod procedit ex varijs contractibus inter viuos vel ex varijs dispositionibus ultimorum voluntatum, de primo, scrib. in Rub. de uerbor. oblig. & de secundo, in Rubr. de testa. Sed quotiescumque obligatio interpretanda est, semper ad illud quod est minus obligatorium referatur, l. quicquid adstringenda de ver. obl. & sunt multa iura in cano. ut in c. semper de reg. iur. & not. glo. in c. quanto ubi Abb. de iur. iur. & id sit aequitate suadente. At in ultimis voluntatibus illae ut fauorabiles plenius interpretanda sunt latè D. Mantic. de coniect. vlt. volunt. cit. princ. Simon. de Præt. de interpret. vlt. volūt. in prefat.

Et in interpretanda excommunicatione strictè eundum est c. pe. & ibi Cano. de excom. nisi facti species sit clara, vel nisi proprietas verborum aliud significet Doct. Bar. in l. si qui ducetur in princ. de reb. dub. Ias. in l. si ita scriptum de l. 1. & Cagnol. in d. l. semper in obscuris nu. 5. dicit quod in interpretatione obligationis, primò vo-691 luntas hominis inspicitur 2. verisimilitudo 3. proprietas verborum 4. consuetudo regionis. postremò recurrunt ad dispositionem d. l. semper per quam id quod minimum est sequitur, & est verisimile, quod quis voluerit minus se obligare quam fieri posset, nisi ex circumstantijs, ut puta affectionis, sanguinis, & charitatis, aequitas aliter suadere videatur alias voluntas hominis talis esse præsumitur; qualis de iure esse debet, Bal. in l. 1. in 5. col. C. de fac. fanc. eccl. & verisimilitudo in rebus dubijs quantæ sit importantia, trad. Euer. in arg. à verisimili & Matf. sing. 344, nu. 5. ubi si testis verisimilia deposituit parte non citata tenet cum id penes viros graues deposituerit, quia sola facti veritate attenta iudicare valent, & multum verisimilitudo operatur ad coniecturandam mentem testatoris dubiam, non autem claram & iuridicam, glof. communis in l. tale pactum C. de pac. Et inter illos 12. effectus, quos ponit Euer. loc. mox cit. ubi in statutis & mente statuentium ac verbis interpretandis, nulla res melior quam ipso verisimilitudo, & postremò ad excusandum laicum capientem clericum, & illum fortè uerberat in habitu laicali incidentem per tex. in c. si iudex laicus de sent. excom. lib. 6. & vi. supr. nu. 682. cum plur. seq.

692. Nuc ad regulam illam, quod à priuatione ad

habitum non detur regressus secundum Philosi & nos habemus tex. & gl. ac Doc. in l. decem de verb. obl. tex. in §. quod autem: ubi Aret. Instit. Dec. diminut. l. homo liber. ff. de stat. homi. de iure supranaturali fallit, quia licet corpus semel mortiatur, tamen resurgere oportet in nouissimo die Iob. tamen de æquitate in iure nostro datur regressus cum processum fuerit de facto fieri, ut effectus iuris sequatur, §. fi. Instit. de ingenu. immo quæ de facto facta sunt contrario Imperio 693 vocantur Bald. in d. l. tale pactum. §. qui prouocauit col. 8. ff. de pact. quæ reuocatio fieri potest, etiam parte non citata, Bertazol. consil. eti. 330. nu. 1. lib. 2. & quando possessio sine ordine iudicatio, sed de facto vni data esset, sine ordine ex de facto ab eo auferri potest Paris. de Put. de sindic. in ver. captura c. 2. quamuis teneat contrarium Soc. Iun. consil. 32. incip. ex ijs par. 1. sed subsistente iurisdictione, & facto notorio apparente cum non sit timor scadali hæc op. contra soc. est equo & ad euitandum circuitus magis expedita, maximè in reuocando si saluentur (ut debet) iura vtriusque partis, & quoad capturam de facto factam, & de facto reuocandam trad. Put. de syndic. loc. cit. per l. si. §. nullo. ff. de lib. exhibē. Bart. latè in sua disput. incip. lapus fuit captius, & latifimè dixi in 2. parti. huius tract. Et quamvis facta pro infectis haberi non possint l. non dubium, C. de leg. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. tamen retractari potest saltem ut faciens tenetur ad interesse. Doc. ibidem.

694. Nec valet dicere quod facta tenent ut in l. patre furioso, ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. quoniam si prohibitio habeat perpetuā causam prohibitio ut in d. l. non dubium C. deleg. facta non tenent ut declarat Damasce. Reg. Cano. 101. & Reg. 109. nisi factum saperet causam piam, vel publicam, aut suapte natura fauorabilem, nam hoc in easu, quod rigor negat aequitas concedit, ut in c. fi. extr. de matr. contrac. contr. interdic. eccl. & ad d. l. patre furioso de ijs qui sunt sui vel alie. iur. vi. Ias. latè materiam explicantem, secundo quando primus status non fuerit omnino extintus, sed uelatus tantum, tunc à priuatione ad habitum datur regressus, ut sup. nu. 662. de labore maris super quod ædificatum, nam destruendo edificio litus temanet publicū, ita quoque per l. in tantum. ff. de rer. diuis. Euer. d. loc. à priuat. ad habit. cit. fi. posset tertio dari exemplum de iure postliminij, sed quia est materia valde quotidiana, volo recensere quædam exempla relata ab 695 eodem Euer. loc. cit. mox cit. Primum quando quis est bannitus aut excommunicatus, si simpliciter non negat relevat agentem ab onere probandi, at si dixit se absolutum fuisse, vel re banatum, tunc suscipit in se onus probandi hanc qualitatem.

696. Secundum si quis simpliciter petat absolvi, nisi petierit absolvi cum hac conditione, ad cautelam videtur fateri se esse excommunicatum, tertium quod ubi non est habitus, uel ubi esse non potest, ibi non cadit priuatio, qua de re quis non dicitur dare vel amittere quod non haberet, quod facit contra illos qui sperant aliquod, si non habent condoleri solent. sed melius, si statutum mandat, ut delinquenti manus amputentur, & delinquens non habeat nisi unam manum rātum, pena in aliam pœnam commutari debet ut tenet Bal. & Castr. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. Similiter si quis duas manus habens, unam aridam, alteram bonam arida est amputanda, quæ omnia

omnia de æquitate sic fieri debere suadentur præterquam contra falsificantes scripturas per Fed.
in v. feud. Quia membrum, manus delinquit,
697 & illud mei funiendum iux. l. sancimus. ff. de
pen. immanitas quoque tati criminis hoc expo-
suit, vt tenent omnes doc. adduc. ab Euerar. verū
* si quis exceperit alterum, non est ei tumē ocu-
li tollendum, quia sc̄na talionis cessat hodie,
nec habet locum nisi in falsarijs, pulchre Couar-
tu. var. resol. lib. 2. c. 5.

698 Item scias, quod quoiescunt; statutum man-
dat aliquem priuari tali re, puta manu, vel Do-
minio, aut possessione, semper requiritur senten-
tia, alioquin poena privationis locum non habe-
bit, glo. in ver. vivere §. 1. in auth. de incest. nupt.
collat. 3. not. glo. in l. in criminali. C. de iuris dic.
omn. iudic. l. iubemus nulli. §. exonomus; C. de
fact. sanc. eccl. in verb. priuetur. l. si quis in tantā
C. vn. vi. vbi si statutum loquatur per verbum
futuri temporis, tunc pena non incurrit ipso
iure, sed requiritur sententia idem per verbum
infinitui temporis. l. 5. §. sti pulatio. de verb. obl.
secus si verbum præteriti temporis, quia import-
rat Canon. latæ sententiæ, c. cum infirmitas, extra
de pen. & remiss. not. glo. in l. amissione. §. defi-
ciunt. ff. de cap. dimi. tamen requiritur declarato-
ria, non autem condemnatoria, Bal. Ang. & An-
char. & alijs citati a Fel. in c. de quarta nu. 3. 8. col.
10. de præc. Surd. Decisi. 26. nu. 28. & 29. Itē fal-
lichū dicatur careat omnino tali iure, vel tali te,
quia etiam sine sententia quis paenam incurrit
dicitur secundum l. prouidendum. C. de Aduoc.
diuersi. iudic. Item quando priuatu verbo addi-
tum est aliquid verbum importans Canonē la-
tæ sententiæ, vt si diceatur priuatus intelligatur,
699 statim priuetur, vel omnimodo, aut omni-
bus modis, eo ipso, ipso iure, ipso factō, de vi quo
rum verborum trad. scrib. in l. si paenam vbi gl.
ff. deposit. l. decernimus, vbi glo. in verb. funditus.
C. de fact. sanc. eccl. l. commissa. ff. de publ. & ali-
bi per Vital. trac. claus. & statutorum Albert. in
dictionar. eo. verb. priuatio. & est maxima utili-
700 tas scire, quando statim adhuc non lata senten-
tia quis intelligatur incurrit in paenam: nam fru-
ctus post delictum & ante sententiam sequitur
paenam, glo. quam admirabilem vocat Bald. in
verb. in vere in auth. de incest. nupt. Doct. in l. ex
diverso. §. 1. ff. de rei vendic. Ang. in auth. de in-
cest. nupt. §. 1. col. 2. Fel. in c. Rodulphus sub nu-
me. 70. ext. de rescr. secus quo ad bona quæ non
debentur, nisi per senten. Car. in elemen. consti-
tutionem. §. ceterum. extr. de elect. Peregr. de iur.
fisc. lib. 5. tit. 1. nume. 174. Surd. d. Decisi. 26. nu-
me. 21.

Quæ sequuntur in gratiā studiosæ legum ius
iuvantur, de legum tum origine, tum præstan-
tia & necessitate subiçere hoc loco placuit.

Quis primus inter mortales inuenierit, insti-
tueritque leges, non eadem omnium est opinio.
Hebræi hunc Moysen fuisse volunt, Athenien-
ses Cecrops, Argini Phoroneum, a cuius nomi-
ne forum non minus commode acceptum reor,
quam ob eam rem ita nominatum, quod eoli-
tes controversiaeque ferantur. Cretenses Minoa
atque Rhadamanium; Lacedæmonij Lycurgū,
Aegyptij Mercurium Nili filium, cui Vulcanus
successit in regnum: Persæ vero Zoroastren:
nā Latini, qui in legibus ferendis iuniores exti-
runt, eo ceteris hominibus in hoc doctrinæ ge-
nere misericordie omnibus præstiterunt. Quod au-
tem ad Moysen attinet, huic alijs legum latorem

(vt Philo Iudæus est locupletissimus testis) alijs
sacraruq; legum interpretem prodiderunt, cla-
ruitque eadē tempestate apud suos, qua Cœcrops
apud Athenienses: Quos Cecropidas ab ipsius
conditoris & legum latoris nomine, appellatos
esse constat, & id quidem annis a mundi creatio-
ne tribus millibus sexcentis quinquaginta. Et
Phoroneus, qui Inacho natus, regnavit Argis se-
cundus, annos circiter trecentos: Postea legibus
Argios ac iudicis munisse: nam Rhadaman-
tum, ac ipsius fratrem, qui Ganimædem rapuit.
Europa & Asterio natos fuisse, longè his tribus
postiores constat: Lycurgum vero, quas leges
Lacedæmonij tradidit, a Cretensibus accepisse.
At Zoroastres rex Bactrianoī qui primus om-
nium magicam illusionem reperit, quibus fue-
rit temporibus ea ratione patet, quod aduersus
eum ninus rex Assyriorum dimicavit, & ne sim
nartando prolixior, neminem inter legum lati-
res inuenio, quem modo antiquitate Mercurio
comparare: Hunc alijs omnibus legum latori-
bus quam longissimè superiorē reperio, iccir-
co Ioue Maiaque natum poetæ cecinere, quod
& mentis acumine viguerit, & prudentissimus
fuerit. Mercurium enim auditorem fuisse aucti
eloquentiæ, quæ ex intellectu dignitur, & prudē-
tia: eundemque & palæstræ, & lyra, & præsti-
giorum peritiam primum tradidisse. Sunt etiam
qui hanc laudem legum ferendarum dent Aeaco
Achillis auro, cuius filium Pelenum cum Argo-
nautis aduersus Colchos navigantem ostendit
Orphens. Quam plurimos præterea legimus, qui
Cererem omnium primam extitisse arbitrentur
ferenda legis authorem, quod eo argumento re-
felli potest, quod Cererem fuisse constat annis
ab initio mundi tribus millibus septingentis o-
ctoginta. Sed qui omnem illam superiorē an-
tiquitatem legali sapientiæ gloria superarit, So-
lona fuisse contendunt, qui antiquatis omnibus
Draconis legibus, præter eas quas de cæde tulis-
set, ipse leges Atheniensibus dedit, quas ob eam
rationem axes nominavit: quoniam in ligneis
axibus scriptæ essent. Et floruit quidem Solon
inter septem Greciæ sapientes Olympiade quadraginta et septima, vel, vt alijs perhibent, quin-
quagesima et sexta, Pisistrato Athenis regnante.
Huius autem vnius Philosophi leges adeo apud
omne penè hominum genus illustres, atque præ-
claræ sunt habita, vt ne Romanos quidem pu-
duerit post exactos reges, easque leges omnis pe-
nius sublatas, quæ prius ab ipso usque Romulo
lata fuerant, Athenas minitere legatos decem,
qui incliyas leges Solonis peterent, quibus Ro-
mana Respubl. fundaretur, his in decem ebu-
neas tabulas præscriptis, in urbemque allatis, &
& pro Rostris ad apertiorem volentium perce-
ptione positis: Præterea duæ postea tabulæ Her-
modoro Ephesio authore, in annum proximum
ex publica potestate adiectæ sunt: quoniam ad
tantæ civitatis imperium pluribus legibus esset
opus, & ita leges duodecim tabularum appella-
tae. Deinde secutum est ius ciuale, legis actiones,
ius Aelianū plebiscita, quæ postea lege Hortensia,
pro legibus habita, obseruataque sunt. Post
hæc ius id additum est necessariò, quod Senatus-
consultum nominatus: deinceps adiecta oppor-
tunæ sunt Edicta Prætorum a quorum honore,
ius est appellatum Honorarium, Ad postremū
autem, principe constituto accepto, illud est
ius introductum, quod ab unius principiis volū-
tate manans. Principale vocatum est. Quid enim
fin.

singillatim memorem, aut de Publicis, aut de Priuatorum legibus, quæ priuilegia dicuntur? Quid de consularibus & Tribunitijs? quid de Saixta? quid de iure militari? quid de iure Quiritium? quid de constitutionibus? quid de prudentum Responsis? Nulla est prouersus, neque legis, neque aquitatis, neque iuris pars, quam Romanis, aut legum latores aut Iureconsulti intacta, indiscessamque reliquerint. Non enim in tot Coruncanijs, Brutis, Scæuelis, Paulis, Ianolenis, Pomponijs, Trebatijis, Tullijs, atque alijs propè infinitis, vnum aut Lycurgum, aut Solona inuenias. Quam enim gentem vñquam in universo terrarum orbe excelluisse meminerimus, quæ cum in omnis laude virtutis, tum maximè in splendore Iustitiae cum Romanorum Imperio comparari queat? Hæc autem non natura, sed disciplina primum acquiritur, & ea quidem di-

sciplina: quam nobis legum & iuris civilis scientia subministrat. Hæc sane ea est iustitia, quam ait Euripides, Hespero atque Lucifero magis esse mirabilem: Hæc, inquam, vna virtus ita cunctis virtutibus antecellit, ut qui eam adeptus sit, solus bonitatis cognomentum adeptus existimat. Hi legum inuentores.

Hos itaque fructus ex haec sylva variarū lectiōnum, qualecumque erunt, animo gratanter accipite, ex opusculoque aquitatis, & rigoris reclusum judicium facite iuxta. text. 7. q. 1. §. cum ergo uerificari, de sent. & re iudic. vobisque ampla licentia ab authore datur addendi, & corrigendi ipsique finem faciendi, & dicendi ad laudem omnipotētis Dei, ac Gloriosissime Virginis Matris Mariæ, quibus laus, honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

F I N I S.

FRAGMENTORVM.

QVAE A MANIBVS, AMANVENSIVM.

Ceciderant, vtilis recollectio ne pereant.

De dignitate, & authoritate, ac significatione manus Regie.

FRAGMENTVM PRIMVM.



N prima par. sub num. 7. adde. Manusque potestatem ecclesiastica significat, vt quando sacerdos imposta manu super caput penitentis, & confessi; illu authoritate, qua fungitur, absoltuit. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. 26. q. 7. c. Sacerdos penitentiam. & Concil. Carthag. 4. num. 8. vnde S. Io. Crysothom. ait, propterea Rex submittit se manui sacerdotis, & manus impositio est multiplex. 1. q. 1. cap. 74. & ibi glo. impositio, nec pe in sacramentis, & alijs spiritualibus subministrandis, à Sacerdotibus qui Reges appellatur, vnde dicitur Regale Sacerdotium, & Sacerdotes Christi censentur; Regum, & Principū Pates, & magistri. 96. distin. Quis dubitet. Et dicuntur legati Christi. vnde illorum iniuria ad Christum pertinet, Specu. in tit. de leg. §. 1. cir. princ. & S. Simeon Sacerdos magnus, in vlnas suas recepit Iesum Christum, quia manus sua mundae erant ab omni immunditia, & Spiritus sanctus erat cum illo. Luc. Euang. c. 11. & re vera sacerdotes qui eundem in sacrificio Missa præ manibus tenent, tales esse oportet, & reges genibus flexis adorare pedes Christi debent, vt Matt. ca. 11. & in reuerentiam Sacerdotum, Seraficus Franciscus, de Assisio Pater Sanctus dicere solebat, quod si obuiam Sacerdotem, & Angelum haberet, & videret, prius Sacerdotem reuerenter coleret, deinde Angelum; A manu Sacerdotij recipiuntur benedictiones, vt de S. Simeone qui benedixit Iesum, & Mariam, & benedixit Luc. d. c. 11. & qui duabus quidem manibus amplexus est Iesum diuinam, & humanam naturam in se habentem, & Christus in manus Patris sui, animam suam, recommendauit Luc. c. 22.

Sed quo ad temporalia, & potestas & Imperium merum, & summum pro manu Regia à Pôpeio dicta sunt, l. 2. in 1. §. Quo ad Magistratus de orig. iur. le. 1. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & pro plena potestate manus Domini dicebatur, vnde serui, & liberi sub manu, & potestate Dominorum sunt, & à manu eorum de potestate exeunt, & manumittuntur, Institut. de libert. & l. manumissiones. ff. de iust. & de hac infadicam, sub num. 283. Car. 48. lit. N. cù seq. ubi liberi per emancipationem, institut. quibus modis, Pat. po. sol. Serui per manumissionem,

& talis authoritas manumittendi competit Do minis, nec non episcopis: nō autem Abbatibus intellige regulariter, nisi cum autoritate Episcopi c. 1. extra que fiunt à Prælat. fin. consens. cap. Episcopi enim habere merum Imperium, & gladij potestatem quam significat Baculus Pastoralis, vt per Geminia post sua. cōs. in quo dam sermonem ad clerum col. 2. post med. & est loco virgē Movsis, & Aronis Exod. c. 4. c. disciplina 45. disti. est Episcopus vñctus, vt infideles trahat ad fidem. glo. in cap. 1. §. fin. in fi. de sacr. vñct. & fit manumissio per scripturā, vel per actum coram competenti iudice, vel in testamen to l. cum maritus. §. mulier. ff. de pact. dot. & dicam loc. cit.

* Hinc dextera manu, & vota, & iuramenta solemniter fiunt, propter eorum obseruātiam, & ita manu forti iuramēta facta dicuntur. c. licet. ext. de vot. & vot. redemp. & opus est tactu scriptura cum dextera, de hoc tactu dixi p. 3. sub nu. 53. & Mutius Romanus maluit dexterā suā combusti, quām patriam prodere, & manus manū præstringens, est signum fidei datae, atque vñionis, & concordie, gl. in c. fundamenta. §. tu es Petrus super vers. dexterā, de elect. in 6. no. gl. vlt. in c. 1. de spons. duorum. refert Mascar. de probat. concl. 93. nu. 24. sed manum aut digitum latenter stringens mulieri, præsumitur causa libidinis, & est punibile. secundum leg. Salicam. ti. 23. de manu mulier. nō string. §. Syntag. iur. com. 2. lib. 36. c. 12. nu. 16. & Iaf. trad. trad. quot modis manus authortatiè accipiatur in l. à Diuo Piò. §. sed si emptore nu. 1. ff. de re iud.

* Manum conferre apud Iurisconsultos dicebantur litigahtes, cū in agrum, aut in aliam rem de qua lis erat profecti præsente prætore, rem illam litigiosam manu apprehendebant, iusq; suum in re præsenti vindicabant; hic dicitur expedire iudices iti in rem præsentem. Postea verò prorogatis Italiae finibus, prætoribusq; in alijs negotijs occupatis placuit, vt litigantes sine prætore in agrum profici sceretur, glebamque inde in ius ad prætorem deferrent, & in contumaciam in toto agro vindicarent, aduersariūque ex iure manu conferta ad prætore vocare.

* Sed per manus regiae injectione, possessio nō tollitur, sed tuetur, ac conseruatur ei, cui de iure dum contenditur super illam, competit, Fel. in c. illud colum. 11. de præscrip. Henric. Boic. c. examinata, de iudic. Gomes. in Reg. Canc. de Annal. posse. q. 96.

De ijs quæ præscribi non possunt.

FRAGMEN. II.

IN 1. par. sub nume. 11. car. 6. adde, libero arbitrio nequaquam præscribi, ait glo. in l. vni ca. C. de Annal. except. nec præscribitur iuri reuerentiali. Gomes. §. Penales. Instit. de act. nec iuri declarandi voluntatem, nisi mille annis, Rebuff. in l. quod iussit, num. 67. de reg. iur. Porc. conclus. 37. libr. 3. & hic in materia beneplaciti quantum durer vi. iofra. in ea. parte ista nu. 245. in fi. nu. 247. p. 2. nu. 31. par. 4.

Qui munere iudicaturæ criminalis fungi non posunt.

FRAGMEN. III.

IN 1. par. sub nu. 42. cart. 9. inter alios qui sunt incapaces iudicandi, videlicet sunt excommunicati, mente capti, Surdi, Muti, Ceci, Minores 18. ann. furiosi, & similes. ij enim ipso iure repelluntur, à munere iudicandi, quod regulariter intelligendum est, quoniam iudicare est aqua ab iniquo separate, l. 1. ff. de iust. & iur. quod non potest facere iudicio caretis. oportet enim videre, quo colore, qua trepidatione reus, aut testis respondeat, & similiter audire, idcirco conuenit primo iudicatum habere organa bene disposita ad audiendum, loquendum, & videndum, intelligendum, & reminiscendum: secundo oportet quod nedum respectu sensuum, sed personæ, sit habilis iudex, & non prohibitus, ut de excōmunicatis, & Iudeis, ac huiusmodi de quib. omnibus penes Vant. de nullit. ex defec. iurisd. sub nu. 132. cum plur. seq. car. 106.

De Iudeis & qualiter sint tolerandi, vel non.

FRAGMEN. IV.

IN 1. par. sub nu. 44. car. 9. in conuertendo tolerantur Iudei, & hac intentione cū eis conuersari licet e. de Iudeis 45. dist. c. ad fidē. 23. q. 5. Alphons. Alvarez. de Pot. Ro. Pontific. & c. 32. sub nu. 16. vers. concedimus, est tex. in c. se p. 27. q. 1. l. qui cunq. C. de Iudea. Farinac. de car. & catec. q. 19. nu. 48. alioquin conuersari cū infidelibus, axiliare eis, vel cum eis commerciū habare directe, vel per indirectum non licet, ut latè dicā iñfr. Fragm. 25. & in ciuitatibus, vbi sunt tolerati, loco ciuium sāpē Iudei habētur, vt per Men. de arb. iud. cas. 290. nu. 12. D. Caball. cas. 4. nu. 1. id ē qui eos offendit tanquam sub falso conductu offendit eos, vt per eundem Menoch. cas. 336. nu. 4. & secundum leges, & statuta loci in quo Iudei habitat̄ passiuē, in ciuibib⁹, & criminalib⁹, Alex. cons. 99. visa inquisitione vol. 6. & sum. Decis. 123. & statutum de offendente ciuem comprehendit quoque Iudeum Bal. in l. 3. §. hæc verba, de neg. gest. plures accumulat De cia. Tom. 2. delict. lib. 5. tit. de delict. Christia. cōtra Iudeos c. 14. nu. 9. & c. 16. in princ. vbi cōtra occidentes Iudeos est tex. in c. 5. clericus qui pagan. numer. 50. distinct. leg. nullus nunquam.

C. de Iudea. leg. Christianis. Cod. de Pagan.

FRAGMEN. V.

IN 1. par. sub nu. 49. ver. 2. propter appellationē car. 10. scias quod etiam de iure cōmuni appellari non licet in causis criminalib⁹. quando scilicet agitur de quibusdam delictis, puta de homicidio, veneficio, adulterio, & de maleficio quod vim publicam sapiat, raptus false monere, & similium, vr l. 1. C. de rapr. virg. l. 1. C. de fass. moner. l. 2. C. quor. appellat non recip. Doc. cōmū. ibi, & ita per Bonacossi. com. op. tom. 4. ti. de iudic. c. 21. in 1. vbi ampliat, & limitat, & vi. in 4. par. sub nu. 307. lit. E. & appellatio unius tam in ciuibib⁹, quam in criminalibus etiam corris prodest August. ad Ang. de malefac. in verb. præsentē Caio, nu. 33. Clar. q. 94. vers. quero nun quid & à quorum sententijs non licet appellari dixi in 5. par. sub nu. 250. per tot.

Statutum criminale quale sit, et quale sit statutum ciuile.

FRAGMEN. VI.

INea 1. par. sub d. nu. 49. vers. Quarto proprium modum, car. 10. Nota quod si statutū criminale est positum in volumine statutorū ciuiliū, illud statutum dicitur ciuile, si vero ciuile est positum in volu. statutorum criminaliū, diciatur criminale, tenet Cæpol. cons. 12. nu. 1. Cæph. cons. 168. nu. 69. vol. 2. An autē statutū loquens de causis ciuibib⁹ habeat locū in criminalibus, vel econtra, et quid in mixtis trad. Doc. in l. cum mulier. ff. sol. mat. Euerar. latè in sua Centur. in arg. à ciuibib⁹ ad criminalia. loc. 77. & plura adducit Asin. in sua pract. §. 1. c. 4. per tot.

Procurator in criminalibus quando admittitur & quando non.

FRAGMEN. VII.

INea 1. par. & d. num. 49. car. 10. vers. septim d. Procurator in criminalibus nō admittitur, nec etiam ad petēdam restitutionem in iote grum aduersus sententiam in causa capitali latā, Hip. sing. 221. nu. 1. per tex. l. pen. §. publici, de public. iudic. tamē Procurator quoque in ctm. inabilit. admittitur etiam quod causa sit capitalis, exceptis ijs tribus casibus (de iure cōmū. circūscritis statutis) videlicet quando his cū procuratore non contestetur, nec quando de tortura inquisiti agatur, nec quando sententia est ferenda contra principalem inquisitum, D. Menoc. de arbit. iud. q. 80. nu. 64. Mago. Rot. Luc. Dec. 94.

At Ias. in l. Gallus. §. forsitan sub nu. 9. ff. de liber. & posth. in hoc articulo quādo Procurator interuenire possit vel non etiam in ciuibib⁹ de mente Bar. in l. omnes. C. de ijs quæ venia. atar. impetr. distinguendo sic ait, quod actus aliquando requirit præsentiam personæ principalis ad cognitionē causæ, vt de minore, quando venia ataris vult impetrare, & oportet præsentia suā videare iux. l. minor. 25. annis ex aspectu. ff. de minor. Aliquando requiritur præsentia personæ non ad co-

ad cognitionem causæ sed ad illius executionem, vt ait, in criminalibus in quibus ingeritur poena corporalis, & tunc opus est præsentia rei, vt in eius persona fiat executio. I. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. vt in d. versi. septimo. sed Ias. parcat mihi (quia ni fallor) melius dicere potuisse tradendo instantiam quando est electa industria personæ, ad aliquid exequendum, quia per procuratorem, nec per substitutum respectuè seruire potest. vt dicam in hac prima par. nume. 269. & in 2. par. nu. 263. & in 3. par. nume. 73. vnde post hoc distinctio Iasoni loco cit. bene quadrat, si distinguisset rursum, aliquando opus est præsentia, ad cognitionem, & ad executionem, vt in causis criminalibus in quibus omnino est opus præsentia rei, vt interrogari possit dum causa cognoscitur, & intueri iudice, quo vultu quo colore, qua trepidatione respondeat, vt supra Frag. 3. & vt torqueri possit vbi expedit, ad eruentiam veritatem secundum ea que latè dixi in 3. par. quæ adhiberi potest nedù. vbi agitur de poena corporalis sed etiā vbi veniret poena pecuniaria, secundum distin. quam adduxi ibi, sub nu. 165. & num. 260. lit. A. Sed Ias. in d. §. forsitan sequitur dicens. Aliquando non requiriur præsentia personæ principalis nec ad cognitionem nec ad executionem, vt in casu legitimatiois, & huiusmodi, & tunc stante impedimento potest actus fieri in absentiæ personæ, & sic per procuratorem & vi. etiā infra sub nu....lit. T. cat. 49.

Hic cædebat materia quæ fuit trasparsa sub Fragm. 14. in fi. & ideo recurre ibi.

Incidens criminali quando retardat iudicium ciuile, et coram quo sit cognoscendum.

FRAGMEN. VIII.

IN 1. par. sub nu. 52. vers. Præterea car. 11. Ad id Lancellot. tracta. de Prætor. in titu. de falsa ijs sub nu. 34. vbi declarat quod tūc cognitio super incidenti criminali faciat suspendere causam ciuilem, si accusatio falsi simul contra principalem, & testem ab eo productum instituatur, scus si contra testem tantum de per se, vt per Bal. in l. si. in ti. C. de fid. instrum. Et in hoc proposito scias quod testis qui coram uno iudice falsum depositus, potest accusari nedum coram eodem iudice, verum etiam coram alio iudice, vt per Boss. in tit. de fals. sub. num. 107. & ipso tetigi in præc. de test. p. 3. n. 60. & per Roll. à vall. consi. 12. nu. 12. vol. 2. qui respondet omnibus contrarijs & ita tenet Aflict. Decisi. 219. licet erranter allegatus à Rol. d. consil. 12. sub nu. 21. non sic à D. Farinac. de test. q. 67. nu. 3. qui omnes cōcordat etiam tenet quod vterq; iudex possit cognoscere, & vtriusque sententia tenere, & ipse miratus sum de Doctore nō modicè extimationis, qui declarauit dictum Boss. sequacium locum habere, quo ad punitionem, non autem quo ad cognitionem, immemor reg. quod qui vult consequens, viderur & velle omne antecedens ei necessarium, de qua in leg. illud. ff. de acquir. hæred. leg. apud antiquos. C. de fut. & Florentia practicatur quod testes de falso arguuntur coram DD. octo de Balia, & si

examen factum sit coram Rotta, vel alijs Magistratibus tali authoritatem non habentibus in criminalibus, verum quando examen testū committitur per literas in subsidium alicui iudici coram quo falsum testis dicit, cognitio falsi spectat ad judicem committentem examen per ea quæ trad. Cano. in cap. 1. de cri. fals. & veriorum hanc esse opinionem dicit Papiens. in for. iurament. test. glo. falsitate cir. fi. Fatinac. d. tracta. de test. quæst. 67. nu. 33. vbi tenet quod tam à iudice committente examen, quā à iudice cui commissum fuit procedi possit, intellige, ni si iudex qui commisit, examen remittat, vel iudex cui commisit remittat ad committentem. & iudex coram quo depositus imprudens esset remittere testem, & deinde velle procedere. Potestque testes falsus accusari de falso à quolibet de populo Lancellot. d. tractat. de prætor. eo. titu. de falsar. nu. 36. & ante nu. 34. vbi trad. 12. specialia in hoc criminis falsi.

De peccato, & delicto, ac de earum differentijs.

FRAGMEN. IX.

IN 1. par. sub nu. 55. col. 2. ver. Præterea delictum. car. 12. Nota quod est differētia inter delictum, & peccatum, vt optimè distinguit Diuus Aug. super Leuitic. quæst. 20. sic dicens. Fortassis peccatum est perpetratio mali delictum autem desertio boni, vt quemadmodum in laudabili vita, aliud est declinare à malo, aliud facere bonum, vt Prophet. nos ad monet, cum dicit declina à malo, & fac bonum, ita in damnabili aliud sit declinare à bono, aliud face re malo, & illud delictum; hoc peccatum sit: nā & ipsum vocabulum si discutiatur quid aliud sonat delictum, nisi derelictū, & qui delinquit, quid delinquit nisi bonum? Potest etiam dari alia differentia videlicet, quod delictū sit quod ignoranter, & imprudenter cōmittitur, & huic differentiæ consonant ista scriptura: Delicta quis intelligit. Psal. 18. Et quoniam tu scisti imprudentiam meā: De peccato dicit Jacob. sciendi bonum & non facienti peccatum est illi. Potest etiam dici delictum negligētia in bene ope rando, vnde in latira lingua, quid aliud negligitur, nisi qui non legitur, id est non eligitur? vnde legere, à legēdo, id est ab eligendo, hijs quodammodo vestigijs colligitur, quod ille delinquit, qui bonum derelinquit, & relinquendo à bono cadit, quia negligit, id est non legit, id est non eligit, Hæc ille. Sanctus. potest etiam dici delictum, quasi delictum. Vnde Virg. 2. Aeneide. Vers.

, Per noctem obscurus in vlna delitui,
Et apud Plin. lib. 35. cap. 2. vers.
, Non placent spatia montis cubiculo delitentia.

De assassinio. & quid in clericō.

FRAGMEN. X.

IN 1. p. sub nu. 79. car. 15. Cōtra assassinos factio proceditur, ordine iuris nō seruato, attēditur factū, & nō probatio, licet legitima, & in

Oo 2 tali

tali criminis iudex laicus forte contra clericum assassinum posset procedere. secundum Mars. in l. vniuersitatis. nume. 107. C. de rapt. Virg. quod ipse intelligerem in subsidium, vel nisi esset per prius irregularis. vi. nume. 196. part. 4. & nume. 125. & 131. parte 2. pariter, & incorrigibilis. ca. cum non ab homine. de iudic. & qui cum assassinis contrahunt sunt excommunicati. cap. 1. de homicidio. in 6.

De adulatoribus, & suspectos.

FRAGMEN. XI.

IN prima par. sub nume. 80. car. 15. contra fidatos, & adulatores aliud in corde, aliud in ore habentes, inuehit gloss. in §. sed haec solemnia. institut. de verborum obligationib. & in eccles. dicitur va duplicitate corde. & vi. in 5. par. car. 218. in fin. pulchre Barto. extraug. ad repri. in verb. rebellis. versi. item Nat. iij suspicant, vbi non debent, & fidunt de quibus non est fidendum, de ijs Terent. in Gnato. & Senec. lib. 4. natural. qq. in prin. lib. quarto Epist. Epistol. 31. Martial. libr. 12. capit. 81. sunt ideo isti adulatores merito suspecti, cordatis hominibus, neque credunt istis collaudatoribus, qui omnes ex quibus se fementem facere arbitrantur, laudant temere pro initiant multa, parum stringitur, & apud Euripide clytemnestra ait, probi viri cum laudantur, quodammodo solent odire laudantes, si immoderatus lauda revertit. Sed Reuerender D. Prosper Farinac. dum Romae prima vice locutus cum eo fuisset, de eius magna legali scientia, & praxi ipsa admirari dixi, qui mihi respondit Summus Romae, ego replicauit, sed ipse nuperim de Florentia discessi.

De Flagitijs, & facinoribus.

FRAGMEN. XI.

IN 1. par. sub nume. 84. lit. B. versi. Flagitium. car. 16. De flagitijs Diuus Aug. loquutus est sic, in 3. lib. confess. cap. 8. & 9. Flagitia quæ sunt contra naturam vbiique, & ab omnibus sunt fugienda, detestanda, & punienda, qualia Sodomitarum fuerunt, per haec enim flagitia violatur ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cuin eadem natura, cuius ille auctor est, libidinis peruersitate polluitur, sunt verò quædam flagitia, quæ tantum sunt contra mores hominum alicuius ciuitatis, & Regni, & haec vi tada sunt ab incolis illius ciuitatis, vel Regni, etiam si sint peregrini, quia non licet violare mores illius loci dum ibi habitant: quia dum ibi habitant sunt pars illius loci, & turpis esset omnis pars quæ non congrueret suo vniuerso. Si verò Deus iuberet contra morem illius loci, non esset virtutum operari contra illum morem, immo flagitium esset operari contra id quod à Deo iustum esset, quia magis obedendum est Deo quæ hominibus, generale quippe pactum est societatis humanae obedire Regibus suis, si quid iubent, quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ, ad ea quæ iuf-

serit sine dubitatione seruientur est; sed inter flagitia, & facinora, & tam multas iniquitates, sunt peccata proficiunt, qui à bene iudicantibus, & vituperantur ex regula perfectionis, & laudatur spe fructus, sicut herba segetis, hæc recolecta ex S. Aug. per Iacob. Trib. Cano. Lateranen. ad milleloq. & à Flagitijs nos penam flagellorum dicimus esse, cum quis & virgis, & flagris, vel mastigæ, vel corrigijs coriaceis cedetur; pena acerbior Forensis, quam fustigatio, & accursius maiorem penam arbitratur flagellorum, quam fustium. in l. veluti. de pen. de ijs multa in syntag. iur. lib. 31. c. 11. per tot.

De quibusdam omissionibus Manuensium ad primam p. nu. 90.

91. 92. 93. 94. 95. 96.

FRAGMEN. XIII.

IN prima part. sub nume. 89. car. 17. In curia Manuensium omitti fuere numero sex. materiarum, quæ Mantuae prima, & Marburgi secunda vice typis edita sunt, cur hoc factum sit, Deus sit. Nunc sub hoc fragmento. 13. traduntur, quia fragmenta huiusmodi non sunt spernenda, sed recolligenda, ne pereant. Secundum hanc Venetia. impressionem numerabò ordinem sequendo opinionem meam 90 iam decem annis palam à me scriptam. Quarto principaliter cattendum est, tanquam ab igne, ne facultas Bracchij Regij à laicis concedatur, directè, neque per indirectum contra personas, & res Ecclesiasticas, à quibus laici omnino abstinere debent, alioquin indignationem omnipotentis Dei incurrit, & in excommunicationem, tam in procedendo, quam in iudicando, vbi potestas, siue ordinaria, siue delegata, non sit concessa à Sacro Cano. Pontific. & conciliis receptis ab ecclesia, vel à Dominis Ecclesiasticis, authoritatē habentibus, ut sunt tex. in cap. decimi quarto, vbi Abb. de iudic. cap. cum laicus, de reb. Euer. Non alien. & in capitu. cum contingat de arbit. capitu. eccl. de constitut. &c. bene quidem. 96. distinct. dixi supra de tex. in tertia parte sub numero trigesimo septimo, & vi omnino Felicia. in suo tractat. de censur. &c. titu. de communicat. cap. decimo quarto versic. Item excommunicauimus, & Franc. Ponzimb. Plac. in suo tract. delamij. sub nume. tertio, versic. & ideo, dicit ipse quod nec Papa in temporalibus, addo nisi ex causa debet se ingerere secundum Archid. in capitu. per principalem quest. tertia Castrensi. in l. digna vox deleg. Nec Imperator in spiritualibus se immissere debet, text. in authen. quomo. oppos. episcop. in princ. vbi glo. in versic. conferens. cap. causamque quæ sint legit. Euerar. in suo centur. loc. à plenitude potestatis. versicu. 3. ibi volo te scire, & Mar. Alphons. Hisp. tract. quod appellatur can delabrum circa explanatione Bullæ in Cena 91 Domini c. 19. versi. no. septimo nu. 125. Qui in duobus casibus videtur velle iudicem secularem sine metu censuræ informationes sumere posse in causa capitali clerici, ab illis qui a lias, essent recessuri, quas postea mitteret ad iudicem

judicem ecclesiasticum, vel sequester posset bona ipsius clericis, ut illa daret iudici ecclesiastico, aut prælato, ne fugitiuus secum ferat, pulchre Caualcan. Decis. 3. num. 26. & 33. p. prima. Item quando laicus videt clericum ad alterius offensam patatum absente suo prælato: nam potest eum ligare in subsidium, ut refert Luc. de Pen. in l. videmus. nume. 3. C. de naui. non excu. vbi etiam quo ad bona num. 2. plura dicit, & de hac materia quando iudex ecclesiasticus possit punire laicum ob delictum in ecclesia commissum, vel contra ecclesiasticam personam, procedere. vi. latè per Decia. c. 9. lib. 4. tom. 1. tit. de cler. & c. vbi etiam quando iudex possit punire laicum, & clericum simul, sed de hoc & de preventione in 4. par. nu. 249. cum plur. sequent.

92 † Regulatiter autem de delictis in ecclesia commissis à laico, iudex laicus cognoscere potest. Bar. in l. si cui. §. fin. ff. de accusat. Abb. in c. inter alia. & ibi etiam Fely. & cæteri. de immu. eccl. Gomes. varia. resol. tit. quand. reus gaudet immun. eccl. sub nume. 2. versi. adde. cum ibi per eum adduct. & intellige, ut infra sub nume. 90. cum seq. & ad prædicta vi. Boss. tit. de for. compet. per tot. Clar. §. fi. q. 33. 37. 38. & 57. & alios adduct. à Bajar. in addit. ad Clar. in dictis locis. & Decia. d. cap. 9. lib. 4. nu. 36.

93 Sed quid si seruant alicui Principi, dic quod ratione officij, & ex causa officium respiciente possunt puniri à iudice quem Princeps deputabit, ita per D. Petr. Caball. cas. crim. 64. & quando casus occurrit de equitibus quibus prohibitum est vxorari est censendum sicut de clericis, & qui timent Deum cautè in ijs procedunt obmetum censuratum, De Pinzocris autem scriptis in regula habitum portantibus Sancti Francisci sunt vidēta eorum priuilegia, & dictæ religionis Seraphicæ, vbi triplicem differentiam huius tertij ordinis constituunt, & prædicti etiam Bechetti appellantur à Bal. in l. officiales. C. de episc. & cler. Soc. cap. 2. de for. compet. & trad. Decia. vbi supra d. c. 9. nu. 34.

Et si quis equitum esset Religionis Sancti Stephani, aut Sancti Lazari simul eques, & clericus, debet adiri iudex Ecclesiasticus, quia maior est dignitas clericatus, Cyn. & Pau. Cast. in l. 3. C. de summ. trin. & fid. cath. nam maius dignū trahit ad se minus dignum, §. fin. institu. de iur. nat. gent. & civil. at de priuilegio æquitum Alcantaræ in materia iurisdictionis vi. pulcham Decis. D. Borgn. Caualca. Decis. 33. par. 2. Et in materia clericorum, quamvis quis deferat habitum, & primam tonsuram, non gaudet priuilegio fori, perche l'habito non fail monaco. intellige sanè, nisi etiam inseruat alicui diuino seruizio ab eius ordinario ei iniuncto, pura seruiendo alicui seminario, hospitali, monasterio, aut ecclie, vel alij loco Pio, vel quod doceat grammaticam, aut musicam, cum licentia sui superioris ecclesiastici iux. Concil. Tid. 23. sess. cap. 6. alioquin quo ad bona clericis asserti, videtur posse ut laicus conueniri non autem quo ad personam: scriptum est enim Psalm. 104. nolite tangere Christos meos, veruntamen me remitto factis constitui. vi. Mascard. de probat. conclu. 302. nume. 14. Farinac. de Inquisit. nume. 3. quæst. 8. cum sequen. Caualcan. Decis. 11. in 4. part. & quid in Regno seruetur circa hoc trad. Caravit. Rit. 235. nu. 21. & clericus de delicto ante clericorum commisso, debet nihilominus puniri à iudi

95 ce ecclesiastico. vt in 3. par. dicam. & not. aliud

- 26 Nec obstat si diceretur quod si res nostræ ab hostibus capta, & deinde à nostris recuperarentur, sine restituenda Domino cuius iam fuerant, vt tenet Rip. dict. leg prima, numero quinto, de acquirenda possessione, & de hac re est pulchra Decis. Vincen. de Francisc. 268. in secunda parte vbi recenset de officialibus, & pecunijs pro Regis captis ab hostibus Turcis, & mox recuperatis, à D. Andrea Auria perfecto maris pro Rege Hispaniarum, qui ob res terra marique non minus feliciter, quam fortis gestas, toto orbe est notissimus, nomenque suum æternitati consecravit. Tantum enim valet virtutis studio semel se dedisse. & per D. Caball. dicto cas. criminal. 140. vbi cum distinctione ex mentis scriben. resolut. à fauorem Dominorum. & facit Reuer. Nauart. in suo consilio secundo, vbi de rebus lusitanorum captis a maiis, & postea à lusitanis recuperatis, & per Strac. de spons. mercat. in quarta parte nume. vigesimo octauo.
- 27 Quoniam rerum, quod casus prædicti, sunt valde diuersi, à casu prænarrato, & præsupposito nostro, vnde ex diuersis non bene inferuntur; leg. Papirianus. §. exuli. ff. de minor. leg. intet sti pulantem. §. factam. de verborum obligationib. & clarum est in iure: quia nostra nobis crepta, si à nostris repetantur non sunt cupientium. sed prioribus Dominis restitwuntur, text. in leg. si captivi. §. expulsus. de capt. nec iure prædæ continentur. & ratio ea est, quia non tam capta, quam redditæ dicuntur, l. ab hostibus, in secundo de cap. & postlim. secus est de rebus inimicorum, aut fautorum suorum, per supradicta. vi. quod dixi in hac sexta par. sub num. 384. colum. secunda, post princ. cart. 105. Et Reuer. Nauar. d. consil. 2. videtur adhærere consuetudini per quam res Christianorum recuperate, non sint restituenda prioribus Dominis, & cum eo. vi. D. Caball. d. cas. 140. num. 7. & seq. & Didac. Couarr. in 2. par. relect. §. 1. sub nume. 6. idem dicit dispostum esse per l. Partiarum. & nostri allegant Ang. in d. sua disput. incip. renouata Guerra, & confuetudo valet quando ius Pontificium, aut Imperiale, vel statutarium non resistit. iu. Ferret. dicto tract. de Re Naual. lib. 8. nume. 54. sed si res non sint capte, à nostris, sed redemptæ ab hostibus tunc debet restitui. redimenti expensum, non tamen secundū aliquos plus eius quod re vera impedit. not. glo. in l. 1. ubi Bal. C. de episcop. audienc. l. fin. C. de capt. & postlim. re. cre mens. sing. 167. Pet. Raue. sing. 103. uerum si ex magno intervallo temporis fuissent recaptæ, aut redemptæ, postquam pro derelicto habitæ fuerant, tunc arbitriarium esset restituere. §. penultim. & fin. institut. de rerum diuisio. at me remitto.
- 28 Tandem non in obstat, quod de iure maritimo, dicitur in libro Consulatus capit. 285. ubi cauetur, quod nauis mercuari quod inuenimus obuiam nauem inimicam malis

hominibus commissari. & armatam, si capiatut & merces in ea non sint inimicorum, non sicut capientium, sed mercatorum, qui teneantur solum nolunt duntaxat perfidè nauis qui capturam fecit.

Quoniam responderi potest quod iste casus differt multum à casu nostro, in quo præsupponimus nauem nostram à nauis inimica aggressam, & prouocatam ad defensam contra manu prompto. casus uero consulatus præsupponit quod nauis piratica, vel inimica aggressa fuerit a nostra, vnde de uno ad alium non bene infertur. I. Papinianus. §. exuli. ff. de minor. cum concor. & sic nostra vti prouocata meritò acquifuit, eum lancea (vi fertur omnia) in nave inimica reperta. & est verum quod res nostræ a piratis captæ non fuisse capientium, vti latronorum mala, ac pessima fidei, leg. secunda, §. si nauis à piratis. ff. ad leg. Rod. de laet. cum pro parte eorum iuile capiantur, securus pro parte Christianorum, qui se defendendo ab incursu, & invasione piratarum iustè capiunt iure belli, per suadicta, securus si dubitaretur esse bellum iustum, & postea cognoscetur fuisse iustum. Carbo. q. 74. versi. decimum.

29 Et in omnem casum mereatores qui qui sint, habent actionem aduersus nauis patronum, si euc ait Strac. dicto titu. de nauit. naut. & nauig. parte vltim. nume. 3. trad. Bald. in dicta leg. cum proponas. C. de naur. feno. sub nume. quinto per l. fin. C. de per. & commo. rei vendi. cum alijs iuribus, & numero sexto, cum 59. vbi de vetalibus. est tex. in l. prima, ff. naut. caupo. slab. in princip. Bald. confi. 417. volum. primo Barto. in l. secunda, §. ait prætor. eodem titu. Mars. confi. 23. nume. primo, in prima par. & Ferret. dicto tracta. de Re Naual. libro primo, nume. 38. libro secundo nume. 37. vbi tractat, an pro recuperatione rerum omnes in nauis teneantur. Quia de re gratias agamus Deo nostro qui dedit nobis victoriam, vt etiam Ferret. dicto libro primo numero tertio memorie reducit victoribus. remittendo me semper veteri iudicio, & ne hac occaſione nati petranteamur, quid circa ementes res à piratis furatas censemendum sit, resolutuè dico, quod emptor non tenet illas restituere sine prelio, l. mulier in opus. l. in bello. §. si quis feruum. ff. de cap. & postlim. reuer. Capol. cautel. in l. in l. si precium. Cod. de procur. Simon. de præt. vltim. volunt. lib. 3. fol. 3. nume. quarto, & ita hos allegat & tenet. Bonifac. de fur. §. contrectatio. num. 96. Addo Strac. tract. de nauibus in secunda par. nume. 17. vbi declarat licete occupare bona a piratis quousque sunt in manibus piratum, nume. decimo octavo, tenet non esse coactum restituere rem sine prelio. & ementes res furtiuas scienter tenentur sine prelio restituere. l. qui uas. §. si ego tibi. ff. de fur. l. inciulem. & l. eos. C. de fur. & plura per Bonifac. dicto §. contrectatio. sub num. 92. & sequen. & de emente tem furtiuam cum bona, vel mala fide, & cui & quando sit restituenda vi. Ludouic. Carbon. tract. suo de restitu. omn. rer. cap. 74. car. 5 20. vbi multas quæst. dirimit per conclusiones, & allegat iura ciuil. & canon. ac Sacros Theolog. & docet quid in foro fori, & in foro poli, & quid de emente ab ignoro. vi. l. prætor ait. §. sed & si quis inscio Domino. ff. de ijs qui not. infa. in propos. text. in §. si quis à non domino. institu. de actio. Surd. consi. 15. num. 19. consi. 10. nu. 37. part. pri-

ma. Iterum Bonifac. in §. possessionis. nu. 106. lacob. de Beluis. pract. titu. de proban. nega. nu. 19. Dy. in c. peccatum. vbi Courtru. de regul. iur. & in cap. qui contra iura. co. titu. & vi. in 4. par. sub nume. 298.

De Brachio militari. De tenuta ammissus in possessionem possit locare. De conductore, & nominatione authoris.

FRAGMEN. XXXI.

In prima par. sub num. 281. car. 36. circa Brachium militare, alij appellant (licet idem sit) manum militarem, cuius auxilium de iure commu. imploratur officio iudicis nobili perl. qui restituere, ff. de rei vendicat. Mart. Laudens. tract. repræf. sub nume. 14. & 15. vbi dicit quod manus regia dicitur officium iudicis. secundum Anto. & Imol. in c. quæ in ecclesiast. de constit. vi. sup. in primo Fragn.

Et in hoc proposito scias, quod de iure commu. missus in possessionem ex primo decreto dicatur magis detinere quam possidere. Specul. §. primo, eodem titulo, de primo, & secundo Decreto. Matto. in leg. cum apud. nume. secundo, C. de bon. author. iud. poss. Menoch. de retinen. poss. remed. tertio, numero 168. Sed immo dico quod possidet seu renocabiliter usque ad annua secundum, Barto. & alios in leg. in venditione. ff. eodem tiru. & ideo potest locare, vt per Spec. vbi supra, & Barto. nume. quinto immo tenet. & per Caroc. tract. locat. & condue. tiru. de creditor. quæst. quinta, & de consuetudine facit fructus suos. vt tenet Bald. per autem de exhiben. reis. §. si vero quidam. collat. quinta, & non esse alibi ait sing. suo 1 19. Quod eo magis procedit vbi vigeret statutum. vt Florentia. in secundo volum. rubr. §8. vbi agitur de tenura. & precepto de dis gembrando. & in statu. Mercantia. dicta ciuitatis in secundo libro rubr. o. & in §. Facciansi. de quo statuto. meminerunt Negafant. de pignor. & hypot. secundo membr. ter. tia parte sub numero sexto, versic. Secundo nullit quando in loco, & quinto membr. quinta parte nume. sexto, vbi dicit quod et edit. or in missus in possessionem ex primo decreto tenet curat de fructibus percipiendis. Menoch. dicto remed. tertio sub numero 177. & Dec. consil. 62 colum. fin.

Et is conductor etiam si erroneum titulum habeat excusatur à mala fide. Mafard. de proban. in verb. bonafides. & in versi. titulus. & Menoch. de recup. pol. remed. decimio tertio numero 64. 65. 66. cum sequentib. vbi si conductor à domino rei vendicatione conueniat, nominando authorem hoc est eum locatorem, potest dicere agenti, quo ad te liberas ades habeo, & liberatur per talen nominationem à molestia. Marant. de ordin. jud. sexta parte membr. quinto circa nominationem authoris. Catoc. de loc. & conduc. titu. de nominationib. loc. Roman. in antiqu. titu. de iudic. Decisi. quæsto alias 85. Franc. Marc. Decisi. 170. par. 1. Affl. & Deci. 217. Mago. Decisi. 130. nu. 27. Borg. Causal. Decisi. 45. nume.

nume. 74. multos alios consultò omisso prauita
ris causa.

Eti in f. d. nume. 281. adde Ludou. Carbon. de
restitu. omn. rer. cap. 42. car. 272. Amad. de syn-
dic. num 91. 92. 93. 94. 95. 96. & dicam. in 6. par.
sub nu. 201. veris. Nec Christianis. & vi. etiam
in 5. par. sub nu. 154.

*De coitu lictio, & illico etiam in-
ter coniugatos.*

FRAGMEN. XXVII.

IN prima par. sub nume. 282. lit. H. car. 38. in
proposito vi. S. August. in lib. de nupt. ca. 14.
vbi ait, verum in coniugatis sunt aliqua tol-
leranda, ne indamnabilia flagitia, idest in forni-
cationem, vel adulteria corruantur, propter
quod vitandum malum, est illi concubitus con-
iungum, qui non sunt causa generandi, sed viætri-
ci concupiscentiae seruiunt in quibus iubetur no-
straudate iniucem, ne tentet eos sathanas, pro-
pter intemperanziam suam, non quidem secundum
Imperium præcipiuntur, & tamen secundum
veniam concedantur: sic enim scriptum est,
vxori vir debitum, reddat, similiter autem & v-
xor viro ideo dico quod aliud est non concub-
ere, nisi sola voluntate generandi quod non ha-
bet culpam, aliud carnis concubendo appetere
voluptatem, sed non præter coniugem, quod ve-
nialem habet culpam.

*An maritus teneatur pro debito uxo-
ris, et an uxor pro debi-
to mariti.*

FRAGMEN. XXVIII.

IN prima parte sub dicto numero 282. sub liter.
L. car. 39. in verb. maritus, & uxor sunt cor-
relatiui. Limita de iure commu. non pro-
cedere circa executionem realem, ut alter pro al-
tero teneatur, minus pro executionibus per-
sonalibus: nam pro debito mariti, non sit execu-
tio in bonis vxoris, nec pro debito uxor, in bo-
nis mariti. & l. prima, & secunda, & toto titu-
lo C. ne uxor. pro mariti. nisi pro debito tutela-
ri, quia non redditis rationibus etiam in bonis
secundi viri exequi potest. ut l. si mater. Cod. in
quibus cau. pign. vel hyp. tact. contraha. Ma-
tanl. de ord. iud. vlt. part. sub numero 52. Afin.
pract. §. trigesimoprimo, capit. secundo limit.
43. numero tertio. Item pro debito primipila-
ri, quo casu etiam bona uxoris sunt tacite obli-
gata. l. satis. C. eodem titulo in quibus cau. Afin.
tract. de execut. §. septimo, capit. decimoquinto,
numero vigesimosecundo. At in reditali exe-
cutio regulariter fieri non potest constante ma-
trimonio, etiam quod debitum sit communus
viri & uxoris, leg. dotis. Cod. de collat. B. l. No-
uell. tract. de dot. par. septima priuile. decimoctau-
uo Capit. Decis. 128. limitarem quando uxor
duxisset virum pauperem, & debitum esset com-
mune pro ipsis alendis factum, quia in subsi-
dium posset fieri executio in rebus uxoris, ut in

* vestibus, lectis, & similibus, potest fieri. secun-
dum Marant. de ord. iud. dict. par. vltim. nume.
28. 29. & 30. Afin. dicto §. 31. capitu. secundo,
limit. 32. nume. 33. 34. 35. & sequentibus. Qui-
bus in locis habetur, quæ res exequi non pos-
sunt. Verum de facto setuantur, quod executores
in exequendo non distinguunt, sed capiunt quâ-
libet rem, & excusantur, quoniam ipsi non
sunt cognitores quando non habent in manda-
to executoriali, quas res capere, vel non debeat,
aliоquin habent præsumptionem pro se, cum
omnia in domo reperta præsumantur esse viri,
alio non apparente l. quintus Matius. de donat.
inter vir. & uxor. ut evitetur suspicio turpis lu-
cti. sed in uxore diuitia, & viro inope hæc consi-
deratio cessat. Bald. in l. ob matitorum. C. ne u-
xor pro mariti. Menoch. de præsump. libro ter-
tio præsum. 51. nume. 22. Ancha. reg. quæstio.
Septima per tot. lib. primo. Sed si uxor habet pa-
tatas iustificationes, rurc possent relaxari res pro
priæ uxoris, quæ potest haberet etiam extra do-
tem alias res proprias. leg. pen. ff. ad leg. Falcid.
Fallit etiam quâdo uterque coniugum domum
simul conduixerint, Anchæ. vbi supra numero
quarto fallit quoque uxor duxerit virum in do-
mum suam, ut saepe contingit quando pauper ac-
cipit uxorem diuitem. Caualcan. Decis. 51. par-
te secunda, & vide in sequentibus. Fragmento-
rum.

*De meretrice nupta, et de
adulteris.*

FRAGMEN. XXIX.

IN prima part. sub dicto numero 285. lit. N.
car. 40. Hinc not. quod meretrice nupta ha-
bens in maritum unum Lenonem, vel infa-
mem, reputatur pro meretrice, & non nupta,
quod facit ad statuta de non calcerando uxorem
pro debito mariti, quia carcerari posset. Marsi.
leg. prima numero 30. 31. C. de rapt. Virg. & vi.
de Lenocinio in quarta parte sub nume. 100. &
scias quod iudicium adulterij, vel Lenocinij de-
bet incohari intra quinquennium alias præscri-
bitur, leg. mariti Lenocinij. §. hoc quinquen-
nij. & l. cum pastam. §. præscriptionem. ff. de a-
dult. secus si cum incestu simul commissum es-
set adulterium, Surd. consil. 3. nume. duodeci-
mo volum. primo, & tex. in l. adulter post quin-
quennium. C. de adult. Ball. de præscr. quarta pat-
te quæst. secunda, nume. nono Rot. Roma. De-
cis. decimatertia, lib. tertio. Decis. 86. lib. secun-
do, sed quo ad restitutionem dotis, semper excipi-
pi potest de adulterio, de quo clare apparet.
Nam quæ sunt annalia ad agendum sunt perpe-
tua ad excipiendum. institu. de perpet. & temp.
except. circa princip. nisi vir esset talis qui plus di-
ligeret dotem, quam uxorem, & non curaret es-
se illam pudicam, sed magis impudicam haberi,
ut aiunt de illo qui ægreferebat eos qui de pudi-
cita uxorem eius commendabant, tanta Zeloty-
pia (miser) detentus erat.

*De Patre receptante filiam malè tra-
etaram à viro suo, & an re-
petet expensas.*

FRAGMEN. XXX.

IN prima parte sub lit. G. cart. 43. Quid si vxor discessit à viro, ob eius malam qualitatem, ut quia vir infirmam vxorem reddit pura morbo gallico, de quo ibidem dicitur, & vir relicta ea abiit in regionem longinquam, at ipsa infelix in domum patris sui se recepit, a quo alimenta percepit, atque eiusdem patris expensis medelam contra morbum gallicum, & sanitatem recepit, eisdem potest à socero has expensas repetere. vt trad. Doctor. commu. in l. si quis à liberis. §. vel si parens. ff. de liber. agnoscen. l. Nesenius. ff. negot. gestorum, & in l. alimenta. & in leg. quod in vxorem. C. eo. qui dicunt quod si expensa non sit modica, sed necessaria, tunc sive pater, sive frater, sive alius repetit. Surd. dealim. tit. primo quest. 32. per tot. & quest. 33. nume. 35. Natt. consil. 387. numero octauo Soc. consil. 64. volum. quarto, trad. Cæphal. consil. 244. nume. secundo Anchæ. reg. qu. 52. par. prima Thom. Doc. Senens. consil. 72. nume. tertio, & quarto. Bero. consil. 186. volum. primo. Nam præsumitur quod Pater animo repetendi subministraverit Boer. consil. 17. colum. 2. Corn. consil. 124. Börgn. Decis. 21. nume. 20. pat. quarta Cæsar Borz. Decis. Bono. 130. nume. 89. & sequen. volum. primo, Nauar. consil. secundo, de dñnat. libro tertio Feret. consil. 34. nume. sexto, & sequentib. volum. primo Ang. de Gambig. consil. 90. nume. 22. volum. tertio: quia hoc in casu vxor legitimam causam habuit recedendi, & cessat illa ratio qua mouentur contradicentes, qui ex aduerso dicunt non licere vxori etiam infirma discedere è domo viri: quia tenetur cooperari ibi, & obsequia præstare viro quod verum est si sine causa legitima discedat: quia qui præstat alimenta non repetit. Pancirol. consil. septimo, nume. 10. volum. primo, & causa erit legitima supradicta, & etiam si ob Zelotypiam viri timeret de sancta virtu. Id quibus ibidem. sub dicto nu. 282. vsque ad nu. 283.

* Sed debet apparere de protestatione Patris declarans animum suum esse repetendi alimenta subministranda, secundum Marcabru. consilio 110. nume. 97. volum. primo, cart. 406. dicente, quod declaratio præcedere debet. facit Surd. con filio 111. nume. undecimo, & duodecimo, idem Decis. 206. numero septimo Alba. consilio 241. numero primo, & sequentib. volum. secundo, Beninten. Decis. nona, colum. final. Feret. consilio 97. volum. primo, & vi. in sequentib. Fragm.

De alimentis uxore præstandis.

FRAGMEN. XXXI.

IN prima part. sub lit. H. in fin. car. 44. Adverte tamen quod in causa impieti adulterij ma-

ritus cogitur alimentare vxoret donec declaratum sit ab ecclesia, an verè vxor sit adultera ta, Abb. in capit. significasti. nume. decimo extra de diuort. Surd. dicto tracta. quest. 6. nume. 16. vers. secundus casus. Boic. dicto cap. fin. de adult. Ferant. Garzi. patroc. 43. nu. quinto, parte prima, & esse magis commu. opin. testatur Rimin. consil. 84. nu. 17. & seq. Mandos. consil. 48. fecus si adulterium fuisse notorium, ut limitant supradicti Doctolarioquin mali mariti, uxores, & concubinaj nati hac occasione separandi se ab vxore, eausam querent eam deserendi, & alimenta ei negandi. Sed crederem, quod si pen dente lite maritus protestaretur velle rehabere alimenta quæ subministrat, casu quo mulier declarata sit adultera, illa rehabere deberet, quia ipsa commodum sue iniquitatis reportare sibi non debet. I. non debet. in fin. ff. de dolo mal. & ex suo delicto nemo meliorem suam conditionem facere potest. vulg. iur. cap. damnum, de regul. iur. in 6.

*An emancipatio fieri, vel pe-
ri possit per Procura-
torem,*

FRAGMEN. XXXII.

IN prima parte sub lit. Q. circa fin. car. 49. Et an emancipatio peti, vel fieri possit per procuratorem trad. Bar. Ias. & alij. in l. Galillus. §. forsitan. ff. de liber. & posthum. & dicunt prima fronte quod non, sed de aquitate vide tur quod sic, & ad hoc facit distinct. Ias. in dicto §. sub numero nono, vbi trad. in quibus casibus procurator interuenire, vel non, potest. & ibidem quid in legitimatione, adoptione, & manumissione. & de hac Ias. distin. dix. sup. Fragm. 7. vbi vide.

*De filius quando non teneatur obe-
dire Patri.*

FRAGMEN. XXXIII.

IN prima parte sub lit. R. cart. 49. Adde sic, In ea ergo re sola filius non debet obedire Patri suo, si aliquid pater ipsius iubeat contra Dominum Deum ipsius. Neque enim debet irasci pater quando sic ei præponitur Deus. ibi enim iubet pater quod contra Dominum non sit, sic audiendus est quomodo Deus: quia obedire Patri iussit Deus. vt ait hæc Sanct. Augustinus in libro super Psalm. 70. primo Concio. & Exod. vigesimo, & Paul. Apostol. ait. super quarto Actor. & facit Azor. institut. moral. libro secundo, capitul. vigesimo primo per tot. At aliquando melior est sententia filij, quam Patri, ideo filius non tenebit ei stare, sed suæ, intellige si approbata erit vti melior leg. terria, §. si quis. ff. de condicione, ob caus. refert Grammat. Decis. 171. ante num. decimum nonum. Sed in dubio debet inhærente opinioni Patri. vi. infra.

Cate.

Ceterum Patris minæ non valde terrent, suis est Pater, prudentior, quam iracundior. Filiū benevolentia Patris meliorem facit, emendandi sunt liberi, non tam duriter tractando, quam verbis suadendo: hæc & alia multa recenset Plac. Epit. delict. c. 22. vbi Menandr. & Eutripid. allegat.

Qualiter actio furti inter patrem, & filium inter virum, & uxorem non datur, et de donationibus validis, vel inofficiis.

FRAGMEN. XXXV.

IN 1. par. car. 50. sub lit. H. in fin. adde, tamen filius peccat valde. Salomon. Prover. capitulo. 28. ibi qui subtrahit aliquid a patre: nam & si non datur actio in foro fori, datur punitio in foro poli. & vi. in 6. par. nu. 3. to. versi. At in personis. & in 2. par. sub nu. 261. lit. D. vbi adducitur tex. l. fi. C. de furt. per quem tex. idem dicitur esse inter virum & vxorem; quia turpis actio furti contra honorem matrimonij non datur, l. 1. & 2. ff. rer. amotar. l. aduersus C. de crim. expil. haec. sed l. quandiu. C. de furt. & l. si quis vxori. C. eo. datur tantum actio rerum amotarum. Et amotuisse dicitur coniux res coniugis, si consilium diuertij caperet, amouit, si nuptia amouit, & discedens celauerit. l. si concubina. §. primo, ff. rer. amot. si de viri vita desperans rapuerit, l. si cum mulier. eod. titu. si tamen amouit causa mortis quæ secuta est, non possunt haeredes vti actione rer. amotar. contra eam, sed actione haereditatis, vel ad exhibendum. l. si propter res amotas. ff. eo. rer. amot. unde si vir cupiens bene facere vxori suæ dilectissimæ breui manu dederit, aut dixerit ei, vt res, vel pecunias sibi custodiat, vt post vitam eius, vti sua propria, & non ipsius viri dici possint, & det licentiam ex nunc prout extunc, vt si interrogata fuerit ab haeredibus viri, an habeat aliquid rerum, aut pecuniarum viri sui defuncti, possit illa tuta conscientia quod nil aliud habet, nisi id quod ipsa sponte exhibuit. nec ipsa poterit cogi propalare quæ sua sunt l. secunda, versicu. quid enim tam durum. Cod. quando. & quibus quar. par. lib. 10. & de bona voluntate viri accepit & bona fide possedit. & secuta fuit traditio, quæ facit de iure ciuili valere talem donationem. Papinianus. ff. de donat. inter vir. & vxor. quæ statim secuta morte viri finem & effectum donationis perfectæ habuit. l. donations. C. de donat. inter vir. & vxor. & licet contra dispositionem statuti donans dicitur peccare, & si milititer donatarius. cap. omnis, de maior. & obediens. Bald. Nouell. in propos. tract. de dot. par. 6. sub nume. 14. attamen, non peccat si ius canonicum permittat, quod ius ciuile prohibet, vt in materia iuramenti trad. ibi Bald. & quæ donationes valeant inter virum, & vxorem trad. Hohenstiens. in sum. eodem titu. & Abb. in cap. donatione. nume. secundo, eodem tit. vbi additio lit. B. versicul. quod limita: nam maritus hoc in casu non fit pauperior, nec vxor locupletior, cum in remuneracionem boni obsequij, & post mortem viri effectu sit domina rei donata.

Ceterum redeudo ad actionem furtiuam quæ non habet locum inter patrem, & filium, inter

virum, & vxorem, nota id esse, quia vbi non oritur actio ciuilis parti, non oritur actio criminis Reipublicæ, Salyc. in l. eos. C. de fur. Bat. consil. incip. à Domino Cyno de Bononia. Cæpol. consil. 59. cum alijs per Mars. adduct. in l. 1. num. 17. C. de rapt. Virg.

Pater an possit iubere filio ut vindictam faciat.

FRAGMEN. XXXV.

IN prima parte sub lit. L. car. 52. Adde Meno. libro quinto praef. decimoquarto, vbi ait, quod aufertur presumptio iniuritatis, & insurgit presumptio amoris. & vi. Mars. l. prima, in princip. C. de rapt. Virg. vbi nume. 3. ait quod Pater potest demandare filio hanc vindictam. ibi nume. quarto, cum seq. & dicit quibus vindicta competit.

De potestate Dominica, et de eorum peccatis.

FRAGMEN. XXXVI.

IN prima parte nume. 284. car. 52. quodnam ius, & quam potestatem habeant Domini in seruos. trad. etiam Ioan. Azor. institut. moral. capit. 34. libro secundo, & Plato, ait seruos castigandos esse ne nimium desidiosi reddantur. sed sine contumelia, ne in iracundiam efficiantur. libro sexto, de leg. hinc de nimia sauitia in seruos multi Domini probarunt, quanta mala contra ipsos Dominos ab eis patrata fuerunt. & si à liberis seruuntur ab ipsis iniuria sèpè vindicata fuit. De peccatis, aut dominorum in seruos trad. idem. Ioan. Azor dicto libro cap. 38. & Nuar. Manual. confess. cap. decimoquarto, numero 21. & sequent. At Domini per seruos liberos quandoque macri fiunt, & serui per Dominos dormientes, & crassi. parte sexta numero 591. & quantum inconveniens, sit quod unus impedit officium alterius. Anan. consil. 2. cui se subtrivit Ludo. Bologn.

De alendis fratribus pauperibus à sanguine coniunctis, et de Dominis, et Magistris.

FRAGMEN. XXXVII.

IN prima par. sub numero 285. lit. R. car. 52. Frater iure sanguinis, & ratione charitatis, tenetur alere fratrem egenum, & qui de industria, vel aliunde non habet modum vivendi, & idem de sorore. vt trad. Ponta. de alieno. cap. decimo, & Surd. eo. tractat. sed fallit, quando frater eget pro se ipso ratione ordinis charitatis: quia charitas incipit à se ipso.

§. 1. de not. feud. l. præses prouincia. C. de seruitu. Ioan. Azor. institu. moral. lib. 2. cap. 40. par. 2. & etiam quia pauper pauperem non alit. dixi par. 2. nu. 301. fallit etiam quando frater, aut soror essent ingratiti: nam sicut caro, sanguis, & amicitia sunt causa beneficij, ita repugnantia sanguinis contradicunt inimicitia, & ingratitudo sunt causa beneficij amittendi. ut ait Cicer. de inuentio. idem de amicit. §. causas, in authen. vt cum de appellat. cognosc. & ex causa ingratitudinibus Vasallus amittit feudum. §. sed quia naturalem. tit. quæ fuit prima cau. benef. amitt. §. 1. in quib. cau. feu. amitt. §. fi. quib. mo. feu. amitt. & vasalli erga Dominum sedere amicitie tenetur subuenire in extrema inopia, non enim aequaliter est videre egentem, quem prius habuit in amicum. §. 1. de not. feu. lib. 2. l. 2. C. de liber. & eor. lib. ad id tenentur, donatarii erga donatorem, liberti erga patronum. d. l. 2. vbi Docto. C. de lib. & eor. lib. alioquin libertus libertate, donatarius donatione priuandi sunt. glo. in l. fi. de reuoc. donat. l. si quis à liberis. §. alimenta. de liber. agnos.

Ceterum & discipuli tenentur præceptores egenos substantare iux. l. 2. §. primus Diuus Augustus. ff. de orig. iur. refert Decia. lib. 4. delict. tom. 1. tit. de reuer. & ingrat. c. 14. nume. 7. & 8. vbi ait quod discipulus tenetur obedire præceptori, sicut patri. ex Bar. in l. omnes populi. nu. 12. de iust. & iur. & ex hoc infertur quod iudex sequens opinionem præceptoris sui excusat in syndicatu. per Oldr. in l. prima, §. quæsitum de fund. instru. Abb. c. 1. De postul. & per alios per Decia. loc. mox cit. adduct. car. 84.

De meretrice spontæ conuersa, & de loco nuncupato delle male maritate reclusa fugiente, & de auxiliatoribus et pœnis eorum.

FRAGMEN. XXXVIII.

IN secunda par. car. 58. nu. 6. in fi. sed retinere meretrices clausas de earum voluntate, in aliquo loco libidinis causa, non dicitur committi carcere priuatus, secundum Saly. in l. 1. C. de rapt. Virg. vbi Mars. nu. 19. alioquin quanti carcere priuatum committerent, in eorum villes, & suburbanis, vbi heu peiora crimina contum. & vice versa Octavius Cæsar hoc vitium pati nequit in filia Iulia, quam ob luxuriam in insulam pandatariam, quæstra ad campaniæ est. relegavit. ut refert. Dio Cassius. lib. 55. Histor. Rom. nec eam in suo sepulchro sepeliri voluit, vt lib. 56. & Procop. lib. 1. de ædific. Iustinia. ait quod Iustinianus ædificauit monasterium pro meretricibus pœnitentibus usque quo ad meliorem frugem conuerterentur, Florentia est pariter locus qui appellatur de male maritatis, is locus, non gaudet eodem priuilegio de iure, sicut alia monasteria in quibus ingressi fouent castitatem in futurum, ut de conuertitis, quæ etiam habitum monachatus induunt, & vitam religiosam profitantur. & ingredientibus dici solet, lasciate ogni speranza voi che entrate facit. c. 3. ne cler. vel monac. & de ijs est tex. cum glo. in auth. sed hodie. in verb. recipere. ad leg. Iul. de adult. non sunt monachæ. sed habitu tan-

tum. auth. interdicimus. C. de episc. & cler. d. auth. sed hodie. versi. habitu. C. ad leg. Iul. d. adul. Aliæ verò quæ ad tempus recipiuntur donec resipiscant si exeant, non est eis pœna infligenda, sicuti alijs quæ postquam sunt ingressi amplius exire non valent. nisi in pœna detrusæ fuerint in monasterium in perpetuum. ca. luminoso. 8. q. 1. c. sacerdos. 80. Distin. cap. clericorum. de excessu. prælat. c. tuæ discretioni. de pœnit. co. c. cle. lap. sis. 16. q. 6. & in propos. dicam inf. Fragm. 47. & vi. statutum Florent. rubr. 112. De pœna raptus mulier. &c. vbi pœna est pecuniaria, & etiam arbitaria, & si mulier erit pedissequa, vel famula, aut meretrix quæ sponte consenserit, tunc nulla pœna est in dicta immo mandat quod is in nihil condemnetur.

Captura an iureiurando probari possit.

FRAGMEN. XXXIX.

IN 2. par. car. 58. sub num. 13. captura iureiurando probari non potest: quia de magno præjudicio tractatur. Rol. à Vall. consil. 65. nume. 16. vol. 3. Bald. in l. si clericus. col. 2. C. de episco. aud. & plures alios refert Afin. de execut. §. 2. cap. 15. nu. 3. quem omnino vi. qui multa alia in hac materia capturæ digerit. & Mafcard. de probat. in verb. captura.

De pertransiuntibus per alienam iurisdictionem manus armata.

FRAGMEN. XLI.

IN secunda par. car. 59. sub numero 30. Vide quoque Iaf. in l. plerique nun. 13. ff. de in ius iuocan. qui videtur contrariari. Put. de syndic. in ver. captura. cap. 4. sub nume. secundo, necnon vi. in materia pertransiundi per alienam iurisdictionem manu armata cum capto. Dec. in consil. 255. in causa Inquisitionis,

De iudex laicus capturam in locis sacris, & ecclesiasticis non concedat. et de quibusdam omissionis in 2. par. nu. 26. 27. 28. 29.

FRAGMEN. XLII.

IN secunda par. car. 59. in fin. nume. 15. omisisti fieri nume. quatuor videlicet 27. 28. 29. & 29. qui hic recolliguntur. Advertendum est etiam ne iudex laicus capturam in Ecclesijs & locis sacris concedat, vel contra personas ecclæsiasticas. de quibus latè dixi in quarto promisso. de quo supra in Fragmentum xiiij. parte prima, vbi clerici capi non possunt à laicis, nisi infraganti crimine, vel quando incedunt

cedunt sine habitu, & prima tonsura, & tunc remittendi sunt ad suum iudicem Ecclesiasticum, vt in hac z.p.n. 14. & per Foller. Pract. Cri. Cano. par. 2. cap. 20. nu. 9. Menoc. de arb. iud. q. 88. Fran. Marc. decis. 709. p. 1. & Decia. de delic. lib. 4. c. 9. & 10. 10. 1. & clericus, & huiusmodi sunt temeritatem ad suum iudicem sine requisitione, no. in auth. vt clerici, apud propter epis. primò conueniatur, c. si quis contra clericum, & c. nullus iudex. de fo. comp. cap. vt famæ, extra de senten. ex commu. Scaglio. R. it. 46. nu. 8. fo. 224.

27 Erat Conc. Trid. sess. 15. c. 3. de reformat. sublata est illa potestas q. Iudices seculares habebant capiendi malefactores in Ecclesijs, & refert etiā Foller. Pract. crim. vers. notatos capiat, nu. 4. & Moron. de pac. & treg. quæst. 103. n. 10. & Clar. de hac immunitate, quæst. 30. Farina. quæst. 33. de carc. & Caret. & Decia. paulò ante alleg. & quatenus ad Cemiteria scias, quod eadem gau-

28 dent immunitate sicut Ecclesia, ita Igneus in l. 1. num. 58. ad Syllan. Car. elem. 1. quæst. 5. de sepulch. Remig. de immu. Eccles. fol. 52. ampliat. 6. quos pariter refert Clar. quæst. 30. vers. hinc est. Est autem Cemiterium certum spatiū quod est circum circa Ecclesiam maiore 40. passuum, Ecclesiae minoris, passus 30. aliarum autem Ecclesiarum Cemiteria, & in quibus non contigitur sacro sancta Eucharistia, illud spatiū continent quantum à Ianua principali Ecclesiae per aspersioem aquæ benedictæ, clericus stans firmus in dicta Ianua aspergit, & vsquequo aqua aspersa peruenit, vel adiit, tantum extenditur Cemiterium illius Ecclesiae, & non ultra. vt sen- tiunt Cano. in c. antiquitas, 17. quæst. 4. Angel. de malef. in vers. & in scalis, & in verb. fama, nam. 59. quæst. 4. Decia. d. tract. deliq. lib. 6. tit. de sacrileg. cap. 24. num. 28. Alex. cons. 9. nu. 2. vo. 2. Ias. in d. l. plerique. num. 10. ff. de inius voc. idem Decia. in tit. de extrahent. ab Eccles. cap. 25. nu. 9. cum multi. seq. tom. 2. vbi etiam de Cemiterio non murato, sive circundato ca- rente muro.

29 Quid autem de Domo seu Palatio Episco- pi, de Hospitali, & de fugientibus ad Illustri. Cardinalem pertransiuntem trad. supradicti Do- ctores. & Rom. cons. 227. & 234. Oldrad. cons. 54. & cons. 55. & quodam Ecclesia est destruxta quid dicendum, trad. idem Decia. loc. cit. vbi concludit quod adhuc retinet immunitatem nisi au- thoritate Summi Pontificis esset destruxta, & profanata ex aliqua iusta causa, & latissime in d. c. 25. de j. & alijs in hoc proposito loquitur.

Ne agricultores, vel laboratores in actu agricolandi pro debito ciui- licapiantur, & de pena.

FRAGMEN. XLII.

I N 2. par. car. 60. num. 31. Ad hunc propositum adverte quod pro causa ciuili, laboratores, & agricultores nequaquam capi possunt in actu agriculturæ, text. est. in Authen. agricultores, C. quæ res pign. oblig. poss. vel non. idem de instrumentis aptis agriculturæ, vt tenent Do- cto. & pena capi facientium est quadrupli, & ca- pientes ipso iure infamiam incurunt, & ablata statim restituenda sunt, vt in d. Auth. agricultores, licet male seruatur. vide Marc. Mantua.

in suis sing. 467. instrumenta. Idem de militibus dum sunt in expeditione, vel rassignantur, quod mihi in terra S. Nazarij male obuenisset, ex quo mandati militem Hispanum yalde cri- minosum, dum rassignata fieret, capi. nisi cul- pam in executorem, qui fugit in eisdem, & tandem ipse executor impunis uasit, idem de Doctore dum publicè legit, vel est coram iudice patrocinante, Doct. in l. medicos, C. de profess. & medic. lib. 10. & tener Farinac. de carcer. & Cat. q. 27. nume. 77. quæst. 77. nume. 83. Frane. Marzar. decis. 109. par. 1. fallit si Doctor imme- mor suæ dignitatis, & scientiæ, iniuriosè nimis contit iudicem, vel aliū, se gereret.

An liceat se vindicare ex sententia

D. August.

FRAGMEN. XLIII.

I N 2. par. car. 64. nu. 46. quoad iniuriam vin- dicandam. Nota quod omnia in quibus, & à quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera dividuntur, secundum S. August. ex lib. de sermo. Domi. cap. 37. corum alterum est quod restitui non potest, alterum quod potest, sed in illo quod restitui non potest, vindictæ solatum queri solet, quid enim prodest, quod per- cussus repercutis? nunquid propterea aliquid, quod in corpore iesum est, restituetur in integrum? sed tumidus animus talia fomenta deside- rat sannum autem firmum que ista non iuvant, quin potius misericorditer præferendum alterius infirmitatem iudicat, quam alieno supplicio suum mitigandam, quæ nulla est, &c. Paulò inferius prosequendo; idem Diuus Augus. ait. Aliud iniuriatum genus est, quod in integrum restitui potest, cuius duæ sunt species, una ad pecuniam, altera ad operam pertinet, de prima dicit Dominus Matth. cap. 5. si unus vult à te tollere tuni- cam, dimitte ei, & vestimentum; nam vestimen- tum reddi potest, & satisfieri pro tali iniuria, de secunda dicit si quis te angariauerit mille pas- sus, vade cum illo, & alia duo, & haec iniuria po- test satisfieri in opere ab iniuriante, sic adiuuan- do iniuriatum, vid. inf. Frag. seq.

Qualiter contumeliam pati pro amo- re Dei tenemur.

FRAGMEN. XLIV.

I N 2. par. car. 62. sub num. 54. & in hoc pro- posito scias quod non omne verbum mere- tur responsum, qua de re Diuus Hieronym. Homil. super Matth. cap. 18. ait, sin autem ob fa- factam contumeliam simus im placabiles, & pro- pter amarius verbum perpetes habeamus discor- dias; non ne nobis videmur rectè redigendi in carcerem, & sub ex. mplo operis nostri hoc age- re, vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur? & certè vos contra vos sententiam profe- rimus, dum quotidie rogamus Deum dicentes, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. quandoquidem nos non dimittimus, & vid. S. Aug. in lib. Enchirid. c. 79. & supra Fragm. 43.

*De captis non eximendis, & de
seditiosis.*

FRAGMEN. XLV.

IN 2.par.car.64.num. 72. in fi. vid. omnino Dec. in cons. 25 §. in causa inquisitionis, nu. 1. & 2. vbi à titulo seditionis excludit Marchionem de Asula, qui carceratos auocavit è manusibus iustitiae Dux Mantua, & plura iura adducit, & similiter casum trad. Bursat. cons. 216. vol. 2. sequutum Mantuae paulò ante aduentū meū.

De fugientibus è carceribus excusandis.

FRAGMEN. XLVI.

IN 2.par.car.66. sub num. 92. Porro nobilis iudicio vitæ fugiens è carceribus, mitius puniendus est, quia si carcer est mala mansio pro rustico, ut supra num. 12. multo peior est pro nobili, qui si pro pena pecuniaria detineretur ex quo fideiustore non inuenierit, is pauper nobilis fugiens esset summè excusandas, nisi tanta esset summa debita camera, quæ æquiparari posset causæ capitali, ad trad. per Bald. in l. parentes, C. de test. vt est causa ardua omnium bonorum, Anch. cons. 26. Barba. cons. 3. num. 11. consil. 16. in fi. vol. 2. quos cum alijs adducit Menoch. de arbitri. iud. cas. 110. num. 5. & seq. vbi Grammat. decis. 28. num. 5. additique Thesaur. decis. 61. num. 4. & vide in 6.par. sub num. 158. Pœna autem officialium communis Florentia fugientium, cum pecunijs communis Flor. vel camentis, habetur in 3.par. statuto. rub. 161.

*De raptu mulierum honestarum, &
Deo dedicatarum, & de extrahen-
tibus eas à Monasterio.*

FRAGMEN. XLVII.

IN 2.par.car.67. num. 99. in fi. viden. est quoque in propos. Decia. de delict. tom. 2. lib. 8. vbi in verb. raptus, cap. 5. 6. 7. & 8. cum mult. seq. vbi tractat materiam raptus virginum, mulierum honestarum, & huiusmodi personarum, quæ vel è Domo, aut loco clauso, aut è Monasterio rapiuntur, vt opere vel consilio persuasiuo, & iibi de pœna fautorum, & auxiliariorum, vel assistentium, cap. 13. nume. 24. 40. & 41. & non eadem pœna, vt raptor, sed leuiori puniretur, secundum Matl. in d.l. vnicā, num. 81. C. de rapt. vid. Frag. 93. & Florentia pœna est arbitria, tam realis, quam personalis, vt in rub. 53. vol. 3. statutor. & vid. supra num. 99. 100. & 101. vbi tradii an amor excusat eximentem amasiam. Ast caueant temerarij, quoniam etiam quod eunt pœnam l. vnicæ, C. de raptor. & de quibus per Decia. d.c. 12. & Menoch. de arbit. cas. 291. & cas. 360. & ibi in no. Addit. & ipse in 4. par. num. 92. dixi. tamen pœna extraordinaria erit

capitalis, sed in 3. capite, ob loci violationem, multo magis, si locus erit religiosus, & sacer, de hac materia trad. scrib. in l. si quis non dicam, C. de epis. & cler. Bald. in l. sed eximendi, ff. ne quis eum, vid. supra Fragm. 38. & in Fragment. seq. 48. vers. Hinc scias, vid. quoque statutum Flor. rubr. 112. volum. 3. vbi imponit pœnam arbitriam, & si rapta fuerit meretrix de eius consensu vult raptorem in nihil teneri.

*De capture partim iustificata, an in
totum sit annullanda, et de actore
non probante nisi pro parte inten-
tionem suam, ac de delicto, in par-
te tantum confessato, et quid si in
delinquendo fit actus in parte lau-
dabilis.*

FRAGMEN. XLVIII.

IN 2.par.num...car.... Quid si capture debitoris facta fuerit pro debito partim vero, & partim falso, an saltem pro debito vero cap- tura substineri possit, aut annullanda sit in to- tū, & videtur quod nullari debeat per doct. Bar. in l. certi cōdictio. §. oportet igitur ff. si cer- pet. & ibi Bald. vbi ait quod si primum decretū vel secundum à pretore, vel alio iudice fuerit interpositū pro debito partim vero, & partim fal- so, quod illud decretum in totum nullum erit ipso iure, & ita sentiunt Doct. in l. si nō sortem, & in l. si centum, ff. de condic. indebit. & sic ha- bes int. alias vñā fallētiā, quod vtile per inuti- le vitiat. Nihilominus de æquitate quando vnum debitum est iustum, verum & reale substi- netur capture, cum scimus in quantitate quæ est diuidua, quo casu vtile per inutile non vitiat. vt in 6. par. num. 139. & 372. & postea inueni hunc sensum apud Ioan. Bapt. Caccialup. in suo tract. de debitor. suspect. & fug. quæst. 6. nu. 29. ex doct. Bald. in quodam cons. incip. Quæritur virum capture, quod adhuc ipse non reperi vbi, ait, ille, quod captus pro duabus causis, vel pro se ipso, & pro alio creditore, si vnius capture sit iustificata, & capture alterius non, nihilominus tenet pro parte vnius valere, licet pro parte alte- rius non possit subsistere, l. non idcirco ff. de iu- dic. cum simil.

Hinc est quod ille qui egit ad decem, quam- uis non probauerit nisi pro quinque, tamen ob- tinebit, quoniam in maiori summa inest mi- nor. vt par. 1. num. 263. & in 6.par. nu. 214. vers. statutum, & sub num. 219. ver. æquitas, & ad su- pradicātā q. facit, quia & si capture sit ab initio nulla, & deinde iustificetur, tunc conuigidatur in pœnam debitoris. l. fin. in fi. ff. quod met. cau. Caccialup. d. tract. quæst. 14. nu. 1. dixi in 2.par. num. 15. 38. & 177. vbi vide. & par. 4. sub num. 339. & maxime contra debitorem motosum, contra quem variare licet de te ad personam, & econtra, vt velit nolit soluat. Caualcan. decis. 1. & 2. par. 1.

Et quo ad fugam, de qua in d. 2.par. sub num. 49. & 66. fatuus esset captus, & dñatus ad mor- tem, quando fugere posset, & nollet, at si deretur appellatio à condemnatione tunc damnum es- set

ferreparabile, & fugere non licet. Fely. in cap. si quando, de offi. deleg. nisi iudex esset pertinax in non admittendo appellationem, & mandaret exequi, quia is condemnatus eo magis licite fuderet, & posset dicere, eripe me Domine de necessitatibus meis, & in alio loco. Domine vim patior responde pro me adeo quod etiam frangendo carceres, & auxilio ab amicis, & notis petito & habito, excusareetur. l. vt vim, ff. de iust. & iur. S. Thom. 2.2. quæst. 69. artic. 4. Sed si iuste condemnatus esset, vtique fugiendo sine fractura, & violentia facta, nec cum alijs nec aliquo modo ex se, sed quia facilis fuit fuga, excusatetur, sed patrum prodesset, quia poena exequatur, vi de Seraph. Cas. conf. 3. Nauat. confess. c. 15. n. 8. vbi quo ad forum poli.

Quid si quis fassus sit delictum in parte, & in parte negavit, de hoc est glo. ord. in §. item mixta, instit. de act. & trad. Barr. in sua disput. incip. per Italiam, vers. contra, ibi no. & dico quod qui partem negavit, si de illa parte non absint indicia, debet absolvi: si vero non est convictus per questionem purgabit. Vnde qui partem delicti commisit non est puniendus contemplatione torius, sed pro parte illa tantum, vt l. 1. ff. de extra. cog. l. si fugitiui. C. de ser. fug. l. aut facti, ff. de pœn. Nam de æquitate in eo tantum in quo quis peccat cōdemnandus est. l. rescriptum, ff. de ijs quib. vt indig. Paulus, ff. ad Trebellia. cum simil. quæ not. ad ea quæ dicta sunt in Fragm. similiter si quis de inobedientia erit puniendus, pro eo pro quo obedivit, debet releuari, l. si fetius, §. plurium, cum concor. de verb. oblig. & l. quinta, §. 1. de reb. dub. vnde si pro inobedientia esset puniendus in centum, & pro obedientia meretur, s. tunc sit compensatio, vel si iubetur facere tot opera communia, alias punietur in centum, si fecit, sed non in totum, debet tantum condamnati iuxta opus non factū, & non in totum in illa centum, immo debet merces ei dari pro opere facto. Pariter quando quis in eodem facto diversis respectibus deliquerit, & in delinquendo fecit alio respectu actum laudabile, tunc præmium, non debet auferri, à pœna delicti. l. 1. ff. quib. vt indig. relegatorum, §. si de interdic. & relegat. Præterea si merces pro modo laboris danda sit, vtique qui plus laboravit plus mercedis consequi debet, l. Sæio amico. in prin. ff. de annu. leg. secus si pacto conuentum sit de diurno denario Matth. cap. 10. vnde tantum habet qui minus, quantum qui plus laboravit.

Ex hoc collige primo, quod pœna non debet auferre præmium, secundò quod gratis concessa non sunt trahenda in consequentiam. Dy. in c. quod alicui. de reg. iur.

An captus possit eximi, dum dicitur ad carceres, et associari ab eximente in carcerem ad effugiendum decus, et de mulieribus reclusis fugientibus.

FRAGMEN. XLIX.

IN 4. par. car. 67. num. 103. Sed quid de eximente captum per modum prouisionis, ut priuata persona animo consignandi iudici,

ut supra num. 6. vel à laico clericus in fraganti, vt in Fragmen. 41. teneo hunc eximentem nullam pœnam pati debere, quia huiusmodi captura dicitur catere auctoritate, & iurisdictione, & antequam captus sit consignatus in fortijs iustitiae vires non habet iudicij. vt supra num. 5. & 6. ideo permitta est resistentia, vt num. 49. 54. 66. & 71. licet facta reneat. l. patre furioso, ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. sed dum non est captus consignatus, capture dicitur in fieri, & non in facto esse, & per modum prouisionis, non autem iurisdictionis. Hinc scias quod si qua mulier in honeste vivens sponte reclusa fuerit in aliquo loco, puta domo, thalamo, vel alibi ad hoc vt custodiatur, & videatur, an ad meliorem vitam sereducat, si ipsa (quamvis sub clave custodis manens) se eximat, non incidit in pœnam de eximente se à manibus iustitiae, quia ibi sponte sua per modum prouisionis detinetur, & facit supra num. 84. & 102. infra 202. Nam vbi diversa ratio, ibi duersum ius, l. illud. ad leg. Aquil. l. f. C. de tractat. aliud est locum esse perpetuo clausum etiam inuitis, aliud est esse clausum non inuitis, & ad tempus, & si inibi morari nolit mulier, solet dimitti, vt Flor. in Domo mulierum maritatarum. Sed nullum Monasterium est talatum, quam huiusmodi, cum per totum orbem terrarum mulieres male maritatè repellantur, & qui vellet illas includere, oportet facere clausuram totius orbis. Vnde siue perita venia discedendi, siue non, si discesserit, pœnam non incurrit, l. Gracchus, ad leg. Iul. de adult. & qui potest per alium exire, multo magis per se ipsum, vulg. iur. l. 1. §. de tecisse, ff. de vi & vi armat. l. hac editali. §. si vero plus, C. de secund. nupt. Paria enim sunt aliquem posse exire, vel stare per se quomodo exeat, l. si bona fidei, de noxal. & facit Decia. de delict. tom. 2. lib. 7. cap. 50. tiru. si quis Imperat. & qui non vult bene facere sibi impuret. cap. damnum, de reg. iur. Solummodo consideratur modus exeundi, an cum fractura, vel cum clavibus adulterinis, vel cum scandalo; nam ij vel aliqua eorum interuenientibus, hæc mulier digna est aliqua pœna extraordinaria, non tamen grauiori, si estdives soluat domui praedicta pœnam non leuem, si est paupera relegate in loco honesto ad beneplacitum; Nam interueniente vi fractura, vel scandalo, dicitur quasi sacrilegiū fecisse. Decian. eod. tract. tit. de sacrileg. cap. 17. sub num. 13. & est etiam verum quod nullis horum interuenientibus dicitur fecisse modo indebito, & parvus pendisse locum, quo casu non effugeret aliquam leuiorem pœnam, vt pœna commensuretur delicto, l. sancimus, l. ie piciendum, ff. de pœn. At si quis extra locum auxilium præbusset facto vel persuasione, & ipsa alias non fuisset è tali loco discessura, tunc is maius peccatum haberet, vide supra Fragmen. 47. & vide statutum Flor. rub. 113. vol. 3. de pœna tenentis aliquem in priuato loco, pœna est, lib. 500. & plus & minus arbitrio Rectoris.

Contra inuidos alieni boni, et de pruis eorum moribus.

FRAGMEN. L.

IN 2. par. car. 71. num. 142. contra inuidos alieni boni trad. S. August. in Genes. lib. 11. cap. 14. & 16. sic dicens superbia est amor pro-

priz